dito meu ſobrinho filha pela maneira dita, herde irmãa ſua, que poſſa caſar,& caſe; & ibi in fin.& verſ.*E naõ querendo alguma das peſſoas aqui declaradas caſar pela maneira, que digo, perca por iſſo meſmo o dito morgado de Capella,& o a ella acumulado, & a herde a quem direito vier, que naõ ſejaõ ellas.* Ex quibus verbis manifeſte oſtenditur, quòd maioratus non deferebatur ad agnatum, quia nuptias contrahebat cum fœmina, ſed ad fœminam ad nubendum agnato; & melius probatur ex pœna privationis propter contraventionem fœminę impoſitæ, quia etiam hoc caſu noluit inſtitutor,ut maioratus acquireretur agnato, ſed potius illi, cui de jure pertineret: ac ſi diceret, alteri fœminæ gradu,& ætate immediatæ,quæ nuberet agnato; ut evenit in Comitiſſa Beatrice, quia agnato nubere noluit, maioratus delatus fuit ad ſororem Eliſabetham, quia paruit inſtitutoris præcepto,& ex hac clauſula etiam reperta in deſcendentibus Laurentij deducitur validiſſimum argumentum ad excluſionem agnationis.

143 Non ſolum in deſcendentibus Laurentij noluit inſtitutor condere maioratum veræ agnationis, ſed etiam in ejus tranſverſalibus; quia licet poſt extinctam Laurentij lineam deſcendentium vocaſſet tranſverſalem agnatum, attamen poſt ejus ſucceſſionem deſcendentes ſimpliciter ſubſtituit fol. 14.ibi : *E dahi por diante andará ſempre em ſeus deſcendentes por linha direita.* Ecce habemus particulam , *deſcendentes* , & particulam, *por linha direita* : particula, *deſcendentes*, non ſolum comprehendit maſculos, ſed etiam fęminas,& earum liberos. *L. ultim. Cod. de ſuis, & legit. Menoch. conſ.* 318.*num.*5. *Mantic. de conject.ult. vol.lib.* 8.*tit.* 11.*num.*1. *Surd.dec* 62.*num.* 2. *Fuſar. de ſubſtit.q.*325 *num.* 1. particula, *por linha directa*, agnationem excludit, quia maioratus reſpectu agnationis non eſt compatibilis cum linea directa,imo poteſt eſſe res maximè repugnans; agnatio enim non habet lineam directam, ſed ad ſuam conſervationem neceſſe eſt translineare, & tranſire de una ad aliam. *Cabrer.de metu lib* 2.*cap.* 9. *num* 14.*cum ſeqq. Avendan in L.*4. *Taur. gloſſ.*9.*num.*40. *Mier.de maiorat.p.*2. *q.* 7. *num.* 11. *Caſtilh.controv. lib.*5. *cap.* 138.*n.* 18. *Roxas de incompat.p.* 1.*cap.*6.*num.* 137. ex quibus firmiter teneo maioratum non eſſe veræ,& præciſæ agnationis , maxime cum in noſtra Luſitania, omnibuſque Hiſpaniarum Provincijs à communiter accidentibus non dentur maioratus agnationis. *Souſ. in L. fœminæ num.*47.*ff. de regul.jur. Souſ.de Maced.dec.*19.*num.*9. *verſ. iterum ſuppoſito.*

Deinde hæc omnia recte procedunt; quia 144
fœminæ pro ſe habent præſumptionem , & regulas juris, itaque ſolum excluduntur per maſculum remotiorem, quando pro eo caſus certus,& indubitatus reperitur. *Molin.de primog.lib* 3.*cap.*4. *num.* 37. *Valenſ. conſ.*97.*num* 74. *Caſtilh.controv lib.* 5. *cap.* 129.*num.*56. *Vel. diſſert.*49. *num.* 53. ideo excluſio fœminarum eſt probanda apertiſſimis verbis, aut evidentiſſimis, & clariſſimis conjecturis,& talibus,quę nihil aliud,quàm fœminarum excluſionem inducere valeant, *Vel. diſſert.*49.*num.* 52. *Caſtilh. controv. lib.*2.*cap.*4.*num.*65.& 66. *Souſ.in L.fœminæ p.* 1.*num.*20.& 22. *Valenſ. conſ.* 97. *an.* 71. *Larrea dec.* 34. *num.* 19. *Addentes ad Molin.lib.*3.*cap.*4.*num.*38. & 41. & in dubio pro fœmina judicandum eſt , & contra agnationem reſpondendum eſt, ipſa ſuggerēte natura maioratuum. Luſitaniæ,& Hiſpaniæ *Molin.d.cap.*4. *à num.* 18. *uſque ad* 41. *Larr.dec.*59. *num.*9.& *d.dec.* 34. *num.* 19.& 42. *Caſtilh.contr lib.*3.*cap.*19. *num.* 150.*verſ.& in dubio, Creſp. obſer.* 22. *num.* 51. *Vel. diſſert.*49.*num.*45. *Phœb.d.dec.*39. *num.* 15.

Quare exiſtimo inſtitutorem habuiſſe reſ- 145
pectum ad agnationem,quæ per medium fœminæ conſervari potuiſſet, ſcilicet,ut fœmina ultimo poſſeſſori proximior in maioratu ſuccederet ſub ea conditione nubendi agnato proximiori , ex quo filios agnatos procreare potuiſſet, qui ſucceſſionem à matre, & agnationem à patre acciperent ; & fuit ſane prudentiſſimum inſtitutoris conſilium, quippe non excluſa fœmina proximiori,imo expreſſe vocata,ſimul etiam agnatum admiſit: ex qua conjunctione liberi procreati duplici vinculo ſanguinis,altero per matrem, altero per patrem ipſum inſtitutorem attingunt; ideo admitto illuſtriſſ. Ream ultimo maioratus poſſeſſori proximiorem, aptam, & promptam ad nubendum agnato Albicaſtrorum, ex quo procreare poſſit illos liberos, quos inſtitutor voluit, cum maioratus non ſit veræ agnationis, ut fœminas excludat.

Et licet inſtitutor de filia, aut ſorore tan- 146
tum mentionem feciſſet, non ideo affirmandum eſt, ut tenent doctiſſimi Patres ſecundo,& tertio loco deliberantes, quòd in inſtitutione non ſunt vocatæ niſi fœminæ agnatæ; quia jam oſtendimus inſtitutorem noluiſſe eam veram, & puram agnationem, quæ fœminas proximiores excluderet , ſed eam tantum, quæ per medium illarum nubendo

bendo agnatis proximioribus perfectiſſime quidem conſervari poſſe, & hæc æqualiter per fæminam agnatam atque per cognatam conſervatur; quia mens inſtitutoris fuit vocare agnatas ad eum effectum, ut nubendo agnatis poſſent procreare liberos agnatos, qui poſt matrem redintegrata agnatione in maioratu ſuccederent: eundem effectum, & finem habemus, ſi admittatur quæcunque alia fæmina proximior cognata, quæ apta ſit ad nubendum agnato; quia hujus liberi ſunt adeo perfecte agnati, atque ſi ex fęmina agnata eſſent procreati; omnem namque agnationem recipiunt à patre, nullam autem à matre. *Fuſar. de ſubſt. q.* 357. *num. fin. Aug. Barb. appellat.* 13. *verbo agnati num. fin. Rox. de incompat. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 316. *Paſchal. de viribus patr. poteſtat.* 4. *p. cap.* 9. *ex num.* 69. quæ licet agnata finis eſt agnationis, quam proinde in filios transferre non poteſt, *L. pronuntiatio §. famil. ff. de verbor. ſignif. §.* 1. *inſti. de legit. agnat. ſucceſſ. Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. & ex hac ratione jam hodie concors eſt Doctorum ſententia, quæ tenet filiam, quamvis ſit agnata, ſuccedere non poſſe in maioratu agnatitio, ideoque ſi iſte maioratus eſſet veræ agnationis, minime in eo ſuccedere potuiſſet filia, aut ſoror, minimeque eas inſtitutor vocaret. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 38. *& lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 69. *Gratian forenſ. tom.* 3. *cap.* 428. *num.* 12. *Peregrin. de fideicom. art.* 26. *num.* 30. *Fuſar. de ſubſtit. q* 346. *num.* 42. *&* 43. *Valenſ. conſ.* 40. *n.* 42. *Roxas de incompat. d. cap.* 6. *n.* 342.

147 Ex quibus manifeſte demonſtratur, quòd fæminæ in hoc caſu ideo ſunt admiſſæ, non quia agnatæ, ſed quia nubendo agnatis poſſunt in liberis agnationem reparare. Quod oſtenditur ex inſtitutione, & re judicata: ex inſtitutione, quia filia, aut ſoror fuerunt ſimpliciter vocatæ, ſed ſub ea conditione nubendi agnatis; ex re judicata, quia ſorori Laurentij ademptus fuit iſte maioratus, quia licet nubere agnato voluiſſet, propter ætatem non poterat procreare filios agnatos, in quibus agnatio reparari poſſet: ſicut etiam ademptus fuit Comitiſſæ Beatrici, quia non obedivit præcepto inſtitutoris nubendo agnato, ex quo liberos agnatos procreare potuiſſet, & adjudicatus ſorori Eliſabethę, quia nupſit illuſtriſſ. Actori agnato, ex quo poterat liberos agnatos ſuſcipere, in quibus ex perſona patris agnationem reparare poſſet, ut evenit; & cum hoc ipſum poſſit fieri per fæminas cognatas, non eſt ratio, ut eas proximiores excludamus, quæ in vocatione fæminarum agnatarum comprehenduntur ex identitate rationis, & cauſæ finalis. *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *à n.* 7. *Gratian. forenſ. tom.* 1. *cap.* 110. *numer.* 5. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 8. *Caſtilh. controv. lib.* 4. *cap.* 15. *à n.* 22. *Cabed.* 1. *p. dec.* 25. *n.* 11.

148 Præſertim cum non reperiantur excluſę, & fæminę lineæ pro ſe habeant juris regulas, & non excludantur niſi verbis expreſſis, aut evidentiſſimis conjecturis: ultra ſupra citatos, *Mier. de maiorat. p.* 2. *q.* 6. *num.* 97. *Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 23. *Burg. de Paz conſ.* 29. *num.* 66. *Caſtilh. controv. lib.* 5. *cap.* 129. *num.* 56. *& cap.* 130. *num.* 21. *& cap.* 141. *n.* 11.

149 Igitur nullum faciendum eſt diſcrimen quoad effectum, quem inſtitutor voluit inter caſum agnatæ proximioris ſeu cognatæ proximioris, cùm utraque earum nubendo agnato, & ex eo liberos ſuſcipiendo perfecte ſatisfacit menti, & intentioni inſtitutoris: quæ potius inſpicienda eſt, quàm verba *Menoch. de præſumpt. præſ.* 23. *num.* 3. *Caſtilh controv. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 17. *& lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 21. *Giurb. dec.* 32 *n.* 3. *Souſ. de Maced. dec.* 16. *n.* 3.

150 Aliter namque contra juris regulas, & inſtitutoris voluntatem fæminam proximiorem lineæ, in qua maioratus intravit, aptam, & promptam ad nubendum agnato, ex quo liberos agnatos procreare poſſet, excluderem, & agnatum alterius lineę, de qua inſtitutor non cogitavit, admitterem.

151 Firmiter tenet tertius præclariſſimus Dominus, quòd præſentem controverſiam reſolvit clauſula ſpecialis fol. 14. quæ diſponit, quòd deficientibus deſcendentibus Laurentij maioratus ad agnatum tranſverſalem proximiorem ſemper per lineam maſculinam deſcendentem deferatur; unde cum ultimus poſſeſſor Joannes illuſtriſſimus abſque ſobole deceſſiſſet, judicandum videtur, quòd ad Actorem agnatum proximiorem ſemper per lineam maſculinam deſcendentem ſucceſſio deferenda eſt.

152 Hoc argumentum ex hac clauſula deductum Actorem vulnerat, ex eo quia in progreſſu ejuſdem clauſulæ inſtitutor omnes deſcendentes ejuſdem agnati tranſverſalis expreſſe vocavit, ibi: *E dahi por diante andarâ ſempre em ſeus deſcendentes por linha direita no filho mais velho macho, & legitimo*: ex eo quia deficiente omni deſcendentia Laurentij, & excluſa ejus ſorore propter incapacitatem procreandi liberos agnatos maioratus adjudicatus fuit illuſtriſſ. Comitido Sabugal Franciſco proavo illuſtriſſ. Reę, quia erat agnatus tranſverſalis proximior

per lineam masculinam descendens; ergo sequitur quòd ad alium agnatum transversalem successio non est deferenda, nisi deficientibus omnibus descendentibus Francisci.

153 Deinde lite mota in appens. 2. inter illustriss. filias ejusdem Comitis do Sabugal Francisci, judicatum fuit omnes clausulas positas in vocatione Laurentij in ultima vocatione, ubi descendentes transversalium vocantur, censeri repetitas, ut tertius collendissimus sodalis agnovit: igitur evidenter demonstratur, quòd sicut ad aliam lineam maioratus transire non potest, nisi deficientibus omnibus Laurentij descendentibus: ita similiter non nisi extinctis omnibus Francisci descendentibus maioratus ad aliam lineam venire potest; & hæc dispositio institutoris est consentanea juris dispositioni, secundum quam quotiescunque successio ingressa fuit unam lineam, non debet ad aliam transire donec ex ea supersit aliquis. *Gam. dec* 93. *num.* 1. *Val. cons.* 139. *num.* 8. cum multis *Sous. de Maced. dec.* 16. *num.* 5. Cum ergo supersint Francisci descendentes, non possumus transversalem admittere contra eorum expressam vocationem, qua stante, omnes aliæ considerationes exterminantur. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 33. *Menoch. cons.* 200. *à num.* 20. *Castilh. contr. lib.* 5. *cap.* 92. *num.* 33. *& cap.* 93. *num.* 17. *Valens. cons* 97. *num.* 28. *Cresp. observ.* 22. *numer.* 147.

154 Nec invenio fundamentum, ut censeatur repetita illa clausula specialis, qua nititur tertius doctissimus Collega, & non censeatur repetita vocatio descendentium, quibus extantibus, licet sint naturales, & bastardi, noluit institutor transversalem admittere.

155 Ex his omnibus sequitur, quòd cum illustrissima Rea sit descendens ab illustrissimo Comite Francisco, apta, & prompta ad nubendum agnato, ex quo liberos agnatos procreare possit, non potest admitti illustrissimus Actor transversalis.

156 Vltimo existimant secundus, & tertius sapientissimi Patres, quòd quando testator filiam ultimi possessoris singulariter vocat, & in alijs vocationibus semper masculos, in illo tantum casu admittenda est fæmina, scilicet ubi tantum filia ultimi possessoris invenitur, & non in alio casu; sed hoc tantum eorum authoritate probant, minime autem doctrina *Vel. dissert.* 49. *num.* 66. *&* 67. quia in casu ab eo proposito ad successionem maioratus primo fuerunt vocati omnes masculi descendentes per lineam masculinam institutorum, & his omnibus deficientibus fuerunt vocatæ duæ filiæ nuptę, exclusæ autem omnes alię fæminæ, & existentibus masculis ex masculis descendentibus, fæmina Ioanna succedere volebat, ut pote neptis ex filio seniori Garciæ filij institutorum; quæ exclusa fuit per Didacum patruum ex masculis descendentem expresse vocatum ad successionem maioratus, à quo omnes aliæ fæminæ erant exclusæ præter filias institutorum, ut patescit num. 63. ibi: *Non autem in alias fæminas*, & ibi: *Ni en otras hembras*; ut etiam ostenditur n. 66. ex verbis, quæ transcripsit tertius dominus, ibi: *Et nec post eos aliæ, quàm institutoris filiæ*: quod diversum est à præsenti institutione; quia in ea sunt vocatæ fæminæ illæ sub eo onere nubendi agnatis, & licet existerent agnati, & aliæ fæminæ non sunt exclusæ, ut litteraliter in casu *Velæ* erant expresse exclusæ, quare non recte ipsius authoritas adaptatur ad nostrum casum. 159

157 Dato, & non concesso, quòd maioratus esset agnationis veræ, & puræ, habemus in terminis *Peregrinum cons.* 50. *vol.* 3. qui in fideicõmisso agnatitio consuluit fæminam proximiorem de familia, nuptam cum agnato remotiori, præferendam esse agnato proximiori, quia ultra vinculum agnatitium ille remotior agnatus contraxit cum testatore aliud affinitatis vinculum, & est factus una caro, & sanguis cum fæmina uxore, & proinde respectu affinitatis censetur propinquior testatori; tali enim casu in persona mulieris non finitur, sed propagatur agnatio per filios de viro suo de familia susceptos. *Pascal. de viribus patr. potest. p.* 4. *cap.* 9. *à num.* 69. *Roxas de incompat. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 316. quare judicandum videtur, quòd semper illustrissima Rea est præferenda illustrissimo Actori.

158 Non obest si dicatur, quòd authoritas Peregrini intelligi debet in fæmina *nupta* tempore successionis, quia facilis est responsio: primo, quia in nostro casu institutor vocavit fæminam aptam, & promptam ad nubendum agnato, & non disposuit, quòd esset nupta cum agnato tempore delatæ successionis: secundo, quia à successione maioratus exclusa fuit illustrissima Comitissa Beatrix, non ex eo, quia non erat nupta cum agnato tempore successionis, sed quia post obitum patris voluit obedire præcepto institutoris nubendo agnato: tertio, quia sufficit, quòd post successionem delatam conditiones nubendi certæ personæ, & habendi nomen, & arma familiæ impositę successoribus maioratus adimpleantur, & non est necesse quòd adimpletæ sint tempore delatæ succes-

ſucceſſionis. *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 13. num. 3. & 4. Pelaes de maiorat. 2. p. q. 5. num. 7. Caſtilh. controv. lib. 3. cap. 7. à num. 31. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 3. p. 4. num. 5. Peregrin. de fideicom. art. 11. num. 115.*

159 Igitur his omnibus perpenſis, mihi etiam jus illuſtriſſimi opponentis placere non poteſt propter clauſulas repetitas, ex quibus cenſetur excluſus, & præferenda illuſtriſſima Rea, quæ reperitur apta, & prompta ad nubendum agnato; ideo in omnibus adhæreo primo, & quarto dominis ſapientiſſimis, quorum ſententiam libenter amplector. Vlyſſipone 4. Maij 1683. Quifel.

CAP. XV.

De maioratu irregulari agnationis veræ, & rigoroſæ, & quis in dicto maioratu ſuccedat, & includatur, vel excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Agnationis verbum eſt Italianum, & incognitum olim in Regno Luſitaniæ, & Hiſpaniæ, & paucis abhinc annis uſitatum fuit.*

2 *Maioratus agnatitius non præſumitur, neque intelligitur inſtitutores voluiſſe facere agnationis rigoroſæ, veræ que maioratum, niſi id clariſſimis verbis inſtitutor expreſſerit; & tunc non extenditur intra caſum expreſſum.*

3 *Quæ cauſæ intervenire ſoleant, ad hoc ut maioratus inſtituantur, & vocentur maſculi, & excludantur fœminæ abſque conſideratione agnationis.*

4 *Quando maioratus dicatur agnationis, vel maſculinitatis, & nn. ſeqq. & num. 13. & ſeqq.*

7 *Agnatio, an probetur conjecturis, & quæ ſufficiant, & n. 8. & ſeqq.*

13 *Quando maſculi cenſeantur incluſi, & fœminæ excluſæ, & nn. ſeqq.*

25 *Agnatio excluditur, quando maioratus fuit fundatus à fœmina.*

26 *Agnatio excluditur, quãdo in aliqua parte inſtitutionis vocantur fœminæ, earumque deſcendentes, licet plures maſculi in maioratu vocati fuerint.*

27 *Quando maioratus eſt inſtitutus ab extraneis datur præſumptio excluſiva agnationis, & quare.*

28 *Agnatio excluditur ex vocatione filiorum naturalium.*

29 *Agnatio poteſt inſtitui in fœmina eodem modo, quo in maſculo, ita ut deficientibus maſculis ex maſculis, conſervetur in fœmina, aut in ejus deſcendentibus, quãdo fœmina eſt ex maſculi linea, tunc conſideratur caput, ex quo nova linea maſculina derivatur, & in hoc caſu ſicut maſculus judicatur, & quare.*

30 *Quando inſtitutor voluit facere maioratum agnationis, ita declarare debet, aut probari intereſt conjecturis evidentiſſimis deductis á proprietate vocationum, ex quibus habetur pro expreſſa, & cenſetur maioratus agnationis inſtitutus, & n 31.*

32 *Quibus conjecturis conſtet, maioratum agnationis inſtitutum fuiſſe, & an in illo poſſit ſuccedere fœmina, vel deſcendens ex ea, & nn. ſeqq. Voi etiam quando cenſeantur excluſæ, vel admiſſæ, & nn. ſeqq.*

49 *An bona emphyteutica poſſint vinculari, & nn. ſeqq.*

64 *Maioratus rigoroſæ, & veræ agnationis continet in ſe varias ſpecies, & quæ ſic referuntur.*

65 *Quando inſtitutor fecit vocationem maſculorum multoties reiteratam, & multiplicatam, inducitur præſumptio agnationis.*

66 *Quando inſtitutor vocavit maſculos ex maſculis deſcendentibus per lineam maſculinam, ex hac vocatione cenſetur contemplata agnatio, & probata.*

67 *In maioratu agnationis tantummodo poſſunt ſuccedere maſculi ex maſculis deſcendentes per lineam maſculinam, licet ſint remotiores, & de linea inferiori, & excludunt fœminas, earumque deſcendentes, quamvis ſint ex linea ſuperiori, & effectiva, & filia, & ſoror ultimi poſſeſſoris.*

68 *Et tunc nihil obſtat conſideratio melioris lineæ, nec gradus, nec conſanguinitatis proximioris, nec regula, quòd de una linea, in qua intravit ſucceſſio, non fit tranſitus ad aliam lineam, niſi extincta, tunc enim quæritur linea qualitatis, & non ſubſtantiæ effectivæ, & n. 69.*

70 *Inter tranſverſales procedit etiam hæc reſolutio.*

71 *Quando inſtitutor vult ad ſucceſſionẽ lineam qualitatis, non attenditur linea ſubſtantiæ, & tunc linea maſculorum dicitur linea qualitatis, & n. 72.*

73 *Agnatio conſervatur per maſculos, ſicut per fœminas finitur.*

74 *Ad hoc ut maioratus agnationis non extinguatur,*

tinguatur, admittuntur naturales, & fœminæ. & n.75.

1 AGnationis verbum est Italianum, & incognitum olim fuit in hoc Lusitaniæ Regno, & in Hispania, & paucis abhinc annis usitatum fuit, prout testantur *Mier. de maiorat.p.2.q.6.num.424. & 441. Addentes ad Molin.de primogen.lib. 3. cap. 5. n. 25. Cutell. ad leges Siculas notabil. 53.n. 64. Vterque Sous. unus in L. fœminæ 1. p. n. 47. vers. tamen, alter Sous. dec. 19.n. 11.*

2 Ideoque de illo non utebantur institutores, nec in aliqua institutione vidi tale verbum, *agnaçaõ*, quare in hoc Regno nullus maioratus præsumitur agnatitius, neque intelligitur, nec etiam in alijs Regnis, institutores voluisse facere agnationis rigorosę, veræque maioratum, nisi id clarissimis verbis institutor expresserit, & tunc non extenditur ultra casum expressum, ut est celebre consilium *Decij* 636. *Palm.cons. 5 num.* 38. *& cons.* 35 *num.* 23. ubi multos refert, & etiam *Ludovic. Bello cons.* 23. *num.* 23. *& cons.* 106. *num.* 5. *ex Bart. in L. liberor. n.* 12. *in fin. ff. verbor. significat. Mantic. de conjectur. lib.* 11. *tit.* 47. *num.* 7. *Spin. cons.* 12. *num.* 36. *Alvarad. de conjecturat. mente defuncti lib.* 2. *cap.* 3. §. 4. *num.* 21. *Valenz. cons.* 97. *num.* 25. *Altograd. cons.* 64. *num.* 20. *& ejus filius contr.* 38. *&* 40. *& contr.* 68. *&* 69. 2. *tom. Tusch. lit. A. conclus.* 245. *num.* 7. *Addentes ad Molin. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 25. *&* 50. *& idem Molin. d. cap.* 5. *num.* 37. *vers. nec obstat, Larr. dec.* 34. *num.* 5. *&* 14. *&* 25. *Ioseph Vela dissert.* 49. *num.* 51. *Castilh. lib.* 5. *contr. cap.* 91. *num.* 78. *& lib.* 6. *cap.* 129. *num.* 50. *& seqq. & cap.* 131. *num.* 21. *&* 24. *Cassanat. cons.* 4. *num.* 228. *& num.* 293. *& n.* 87. *& cons.* 38. *num.* 77. *Vterque Sous. unus in L. fœminæ* 1. *p. num.* 17. *&* 47. *alter dec.* 19. *n.* 11. *ubi judicatum, Phæb. dec.* 39. *Cresp. de Valdaur. obs.* 22. *num.* 51. *Burgos de Paz in proam. Legum Tauri num.* 86. eleganter *Lara de vita hominis cap.* 30. *n.* 86. *&* 87. ibi: *Vt autem intelligamus rationem agnationis esse habitam, & consideratam, vel debet de ea expresse constare, vel ex verbis expressis colligi: idem Paz cons.* 29. *num.* 12. *Guterr. cons.* 13. *num.* 22. *idem Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 4 *num.* 30. *Molino de ritu nuptiarum lib.* 3. *q.* 24 *num.* 184. *Sess. dec.* 254. *num.* 9. *Avendanh. in L.* 40. *Tauri glos.* 9. *num.* 6. qui omnes testantur non solum de consuetudine ita esse, sed de propria maioratuum natura, contra quam in dubio judicandum est. *Molin. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 18. *& ibi Maldonad. in add. Castilh. cap.* 19. *lib.* 3. *num.* 150. *Vela dissert.* 49. *n.* 45. *Phæb. dec.* 39. *n.* 15. *Valenz. cons.* 97. *n.* 71.

Possunt enim multæ causæ intervenire ad 3
hoc ut maioratus instituantur, & vocentur masculi, & excludantur fęminæ propter maiorem dignitatem, qua fulgent masculi, & non fœminæ, ut inquit *Lex* 1. *ff. Senatorib. perpensa à Bald. ibidem, & Fulgos. cons.* 85. *n.* 2. vel etiam ex eo, quòd masculi sunt capita domuum, familiarumque; quod aliter contingit in fœminis, ut per eundem *Fulgos. ubi supra.* Deinde, quia magis conservant maioratus, servitiumque Regum exercent, memoriamque institutorum repræsentant: *ex eodem Fulgos. Albens. cons.* 13. *num.* 8. *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 5. *Berοi cons.* 120. *num.* 15. *& 16. Mier. de maiorat.* 2. *p. q.* 6. *num.* 60. *&* 61. Denique, quia viros decet onera maiora, & graviora fratrum, & sororum portare, & sustinere, ut est *textus in L. Titia cum testamento* §. *Lucius Titius ff. de legat.* 2. ibi: *Et peto a te filia charissima, ne velis iratus, quòd ampliorem substantiam fratri tuo relinquerim, quem scis magna onera sustentaturum, & legata quæ supra feci præstaturum; ubi Bald. num.* 1. late exornat *Castilh. lib.* 5. *contr. cap.* 129. *num.* 4. *cum seqq. tom.* 6. Atque ita non præsumitur voluntas faciendi maioratum agnationis in testatore, nec admittitur ejus allegatio, nisi expresse inveniatur factus agnationis maioratus, nam ut deganter carpit *Augustin. Berous cons.* 120. *n.* 16. *&* 31. *vers. & quamvis*, ratio conservandæ agnationis, quam scribentes considerant, non dicitur motiva, & finalis disponentium, sed potius opinativa, & imaginativa; quoniam conservatio agnationis, vere non est disponentis motus, siquidem facile fuisset sibi hanc rationem allegare; sed potius sumus nos, qui opinare volumus. *Menoch. cons.* 802. *num.* 78. *Surd. cons.* 329. *n.* 14. *lib.* 3. dicens, quòd quando ratio agnationis non est expressa à testatore sumus in certo, an ex ea, vel ex alia testator motus fuerit, nihil aliud est, quàm divinare mentem testatoris, & super divinatione statuere, & ad alia obscuriora inferre. Ideoque dixit *Bartol. in L. liberorum num.* 13. *ff. verbor. significat.* quòd non licet arguere à ratione agnationis non expressa; *Decio cons.* 308. *aliàs* 309. *num.* 17. *Paris. cons.* 41. *n.* 82. *lib.* 3. *Gabr. lib.* 6. *commun. tit. de statut. concluf.* 7. & quòd in dispositione testatoris non liceat arguere à ratione agnationis non expressa docuit *Decio cons.* 314. *aliàs* 315. *n.* 6. *Reminald cons.* 279. *num.* 70. *&* 71. *lib.* 3. atque ita non attenditur nisi expresse ostendatur; *& ita judicatum fuit in causa Comitatus*

tatus do Redondo, de qua dicemus *favente Deo ad lib. 2. tit. 35.* in qua inveniuntur hęc verba: *Porque indiſtintamente a tençaõ da agnaçaõ ſenam preſume, ſenaõ quando clara, & diſtintamente della conſta; & ita judicatum fuit etiam na cauſa da Marqueza de Caſtel-Melhor com Luis Gonçalves Coutinho, de qua ibi dicemus, & judicatum fuit in alijs cauſis de quibus ſupra,* & in cauſa ſequenti.

4 No feito de aggravo de Thomàs Ximenes de Aragão com Dom Antonio Jorge de Mello, Eſcrivaõ Manoel Soares Ribeiro, ſe deu a ſentença ſeguinte.

Viſtos eſtes autos, libello do A. Thomàs Ximenes de Aragaõ, contrariedade do R. Dom Antonio Iorge Ximenes de Mello, artigos de oppoſição do oppoente Octavio Ximenes, mais artigos recebidos, & provas dadas; Moſtraſe, que no contrato dotal, que fez para haver de caſar Ieronymo Ximenes de Aragão com D. Iſabel de Mendonça, avos do R. concorrèraõ alèm do dito Ieronymo Ximenes, ſeus irmãos Fernão Ximenes, & Antonio Fernandez Ximenes, & dos bens, com que todos entrâraõ a eſte dote, de que a mayor parte era do avo do R. inſtituirão hum morgado para os filhos, & deſcendentes varoens do dito Ieronymo Ximenes, fazendo varias vocaçoens em falta deſtes nos deſcendentes de ſeus irmãos varoens por linha maſculina, com excluſaõ de femeas; porèm declaràrão, que não tendo o dito Ieronymo Ximenes filho naſcido daquelle matrimonio, de que ſe tratava ao tempo de ſeu falecimento, & tendo filho, ou filhas, em tal caſo podeſſe nomear em ſua vida huma dellas, para a ſucceſsão deſte morgado, o que quizerão, que tiveſſe ſòmente lugar nas filhas do dito Ieronymo Ximenes, & ſua mulher Dona Iſabel. Moſtraſe, que deſte matrimonio não ouve filho varão, & ouve huma filha Dona Maria de Mendonça, mãy do R. & que fazendo ſeu teſtamento o dito Ieronymo Ximenes, nelle a nomeou para a ſucceſsão deſte morgado, & por ella falecer em ſua vida, fez hum codicillo, em que nomeou o R. que por ſua morte ſe meteo de poſſe do morgado. Moſtraſe, que o A. demanda ao R. para que largue eſte morgado, com fundamento de ſer chamado em falta dos filhos do dito Ieronymo Ximenes, & dos mais, que os não tiverão, & que ainda que o preceda na vocação o oppoente, não pòde ter intrancia, por não ſer morador neſte Reyno, nem ter nelle domicilio, conforme a clauſula da vocaçaõ, & ambos pertendem, que por ſer o morgado de agnaçam, naõ pòde o R. ſucceder nelle. O que tudo viſto, & o mais dos autos, & como pela inſtituiçam deſte morgado ſe moſtra, que nam querendo os inſtituidores, que nelle ſuccedeſſe, ſenam filho varaõ por linha maſculina, com tudo limitàraõ eſta diſpoſiçaõ nas filhas do dito Ieronymo Ximenes tambem inſtituidor, què elle nomeaſſe, para que em ſeus filhos varoens ſe continuaſſe a ordem de ſucceder, & ainda que a mãy do R. naõ entraße na adminiſtraçam do morgado por virtude da nomeaçam, que nella fez ſeu pay por morrer primeiro que elle, pela meſma razão, com que ella foy admitida na inſtituição, o póde ſer o R. ſeu filho, para cujo fim foy ella admitida, a que ſe extenda a dita diſpoſição, & mente dos inſtituidores. Iulgo pertencer ao R. o dito morgado, & o abſolvo do pedido pelo A. & oppoente, aos quaes condeno nas cuſtas dos autos de permeyo. Lisboa 11. de Abril de 1673. Ioão Vanveſſem.

Ab hac ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, Iudices, Vellez, Doctor Carvalho. 5

Et fundata fuit in deliberationibus ſequentibus.

Controverſia hæc; & ſi divitiarum pondere magna ſit, difficultatis onere puſilla eſt; & miror, quomodo pauca tantis peritiſſimi utrinque patroni in longum protraxerunt, ut ex re non dubia perſpicua litis deciſio dubia crederetur; ſed doctiſſimos viros non increpo, quia quæ ſuperabundant, & ſi plus laboris injiciant, minime nocent.

Primogenium hoc, vel agnationis eſt, vel regulare: in utroque caſu non bonam actionem Actor inſtituit, qui ſi agnationis, præfert opponens, ſiquidem eſt in linea prius vocata: *Fontanel. 1. p. deciſ. 34. num. 5.* ſi regulare, prędecit Reus, quia nepos eſt ultimi poſſeſſoris, & ei reliquis proximior. *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2.* 6

Quam ob rem omnis res eſt inter Reum, & opponentem; hic agnatione contendit, ille regularitate ſe tuetur: videamus nunc, quis juſtius induat arma. Ego hunc maioratum agnationis non eſſe firmiter teneo, & moveor; quia inſtitutores hoc illi nomen non indiderunt, quando autem agnationis natura ab inſtitutore primogenio expreſſe data non eſt, agnationem procul abeſſe ſignificatur: & ratio eſt; quia fæmina habet ſuam intentionem fundatam in jure communi ad ſuccedendum in maioratu, deficientibus maſculis ejuſdem lineæ, & gradus, à quibus ſolum excludi ſolet propter ſexus prærogativam. *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 1.* quòd ſi quis hunc ordinem, & hanc juris cõmunis ſanctionem univerſam eſſe contenderit, 7

id ipsum debet evidenter demonstrare, quia in dubio illius contentioni jura resistunt, quoniam expresse legum dispositiones dubijs juris dispositionibus contrarijs non invertuntur: *text. optimus in L. 1. Cod. de cond. incert. L. Lucius §. quæsitum ff. de legat. 3. L. Nuptura ff. de jur. dot.* ita terminanter ex infinitis propemodum concludit *Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. sub num.* 32. & 33.

8 Non inficior id posse conjecturis probari, quia si legitimæ sint, perfectam probationem conficiunt, *L. licet Imperator ff. de legat. 1. L. quidam testamento ff. de vulg. L. si tutor petitus*, ubi optima *gloss.* ordinaria id terminanter docet *Cod. de petit. tutor.* verumtamen hæ conjecturæ debent esse evidentissimæ, atque clarissimæ, & illius virtutis, ut nihil aliud inducere valeant, nec aliqua juridica ratione subterfugi, aut evitari queant; quòd si hac vi, & robore non fulciantur, primogenium agnationis non esse existimabimus. *Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. ex num. 38. cum seqq.* & ratio est; quia fœmina duplici, masculus autem uno tantum nititur fundamento: illa, quando expresse non excluditur propter masculorum remotiores, vel quando sumus in dubio, an exclusa censenda sit? Eleganter *Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. n. 37.*

Nunc jam prodeat in medium institutio
9 hujus maioratus, & exploremus, si conservandæ perpetuo agnationis causa constitutus est; mihi autem id sedulo meditanti nullum expresse agnationis verbum unquam occurrit: conjecturis incubui, & nullam evidentissimam, vel clarissimam inveni, qua duci possem, ut primogenium hoc agnationis esse existimarem; nam quæ deducitur ex dispositione fol. 6. in fin. non evidentissima, neque clarissima, sed satis dubia, & ambigua est, si quidem ibi, neque filia, neque nepos ultimi possessoris excluditur dispositive, sive imperative propter masculos remotiores alterius lineæ, sed solum cavetur, ad quid successor eis teneatur, cum casus contingere posset, ut excludi oporteret, non quia agnationis qualitas præcise requireretur, sed ex alia causa accidentali, propter quam maioratum ingredi prohiberentur. Cum vero hæc cõjectura non cogatur præcise, & hunc sensum, aliasque interpretationes facile admittat, & illas præcipue, quas doctissimus juris interpres, & sapientissimus Rei Patronus ex legum præceptis, & veris doctorum traditionibus recte constituit, in re dubia, & ancipiti dispositione saltem versamur, quod sufficit, ut à jure communi non divertamus, secũdum quod fœminę in maioratibus succedunt, ut superius ex *Molin.* adnotatum relinquimus, & probat *Mier. de maiorat. 2. p. q. 6. num.* 2. & 23. quibus subscribit *Castilh. quotid. tom. 2. cap. 4. n. 65.*

Nec illa masculinitatis ratio tanti est, ut 10
ex vocatione masculorum agnationis constitutio intelligatur, siquidem cum fœminæ propter masculos remotiores expresse exclusæ non sint, licet multi ex hac sola conjectura pro agnatione pugnarint, plures magnæ authoritatis viri pro contraria sententia dimicarunt, si conservandæ agnationis ratio expressa non sit, cum alię institutiones movere possent, ut videre est apud *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. ex num.* 27. atqui in præsenti nec fœminæ sunt expresse exclusæ, nec ratio conservandæ agnationis expressa est: ergo institutores agnationis juri non prospexerunt, & satis est, quòd utraque opinio communis sit, ut nostram, quæ juri cõmuni plus accedit, magis sequamur. *Surd. cons.* 182. *num.* 13. quia per contrariam idem jus commune aliquantulum offenditur, per nostram autem illęsum conservatur, & ideo contrariæ præferri debet. Idem *Surd. cons.* 245. *num.* 9. Hæ sunt potissimæ conjecturę, quæ ex institutione agnatis favent; quæ vero illis nocent, longe fortiores, & veriores sunt: admissæ enim filiæ primi instituti, atque vocati fol. 9. & ubi primum fœminæ ab institutoribus aliquando vocantur, agnatio illico evanescit. *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num.* 50. *Surd. cons.* 308. *n.* 15. & *cons.* 443. *num.* 13. *Menoch. cons.* 1212. *n.* 5. Nec dicatur hunc eundem primum vocatum institutorem etiam fuisse, & in bonis à se primog. adstrictis disponere ita potuisse, sed in alijs aliorum institutorum prædictam dispositionem non esse attendendam, præsertim, quia eadem illius dispositio ad sua tantum bona restricta est, siquidem reliqui institutores hanc fœminarum vocationem unà cum eo pariter concluserunt, ut ibi: *Porque em todos os mais succeßores, querem se guarde a ordem acima dita.* Vnde licet hic maioratus in reliquis vocatis expresse agnationis esset, in hac Hieronymi linea, saltem in illius filia à se nominanda, de conservanda agnatione prędicti institutoris non cogitarunt, imo illius naturam aperte inverterunt; non ergo in hac filia locus esset exclusioni propter masculos remotiores; quia ratio conservandæ agnationis limitatur, & restringitur ad casus expressos, non autem habet locum, ubi contraria dispositio scripta est, ut alijs citatis tenet *Menoch.*

Menoch. conſ. 1216. *num.* 13. *&* 14. Nec replicari poterit, id admittendum fore erga bona, quibus idem Hieronymus ad concedendum maioratum ingreſſus fuit, quoniam erga ea, non indigebat aliorum conſenſu, cum in re propria quiſque ſit moderator, & arbiter, & verba illa atque diſpoſitio ab alijs inſtitutoribus emiſſa aliquid operari debent in bonis uniuscujusque, ne otioſa, & ſuperflua eſſe videantur, ſiquidem erga bona Hieronymi, incongrua, atque fruſtanea eſſent, quibus non patitur *L. ſi quando ff. de legat.* 1. atque ideo ille conſenſus reliquorum inſtitutorum ad ſua uniuscujusque bona referendus eſt, ut in eis, & in omnibus ſuccederet ea filia ab eodem Hieronymo nominanda, ex qua admiſſione mox ſublata fuit ratio conſervandæ agnationis, ut nuper ex *Molin. Surd. & Menoch.* demonſtravimus. Et confirmatur; quia aliter unus, & idem maioratus diuerſo jure, imo contrario, & ſibi ad invicem repugnante adverſus juris regulas cenſeretur, fieret enim agnationis in bonis aliquorum inſtitutorum, & in bonis alterius eſſet regularis, cum omnium bona, ijſdem legibus, atque præceptis Regi deberent, cum omnes in inſtituendo uno ſolo primogenio, & non in condendo multiplici, & diverſo vinculo conveniſſent, ut patet fol. 6. Res autem eadem, & quæ individua eſt, non poteſt contrarijs adverſis ſententijs judicari. *L. cum qui ff. de uſucap. Valenſ. conſ.* 152 *num.* 21. maxime, quia ex eo manifeſta abſurditas ſequeretur, dividerentur enim bona ejuſdem maioratus inter diverſos ſucceſſores, & unus jure agnationis, alter vero non agnationis jure, quæ unicuique contingerent, poſſideret; quapropter ut hæc abſurditas evincatur, & unus, idemque ſit poſſeſſor hujus unius maioratus, verba illa prædictorum inſtitutorum ampliari omnino debent, ut ſua etiam bona comprehendant, & illa tantummodo, quæ Hieronymus eidem primogenio deſtinavit: & in conſequentiam quoad ea etiam naſcituram ipſius Hieronymi filiam, ab eo nominandam in maſculi defectu, ſimul, & concordi ſuffragio invitarunt. *Valenſ. conſ.* 169. *n.* 48. *&* 49.

11 Fulcitur; quia hic maioratus non fuit inſtitutus ſolum à prædictis fratribus, ſed ab eis, & à Domina Antonia; omnes quippe pariter dotarunt: at unum, & idem primogenium, favore illius matrimonij, & ſobolis ex eo futuræ conſtituerunt, ut patet ex eodem inſtrumento fol. 5. & 8. quando autem maioratus conditus eſt à viris ſimul, & à fœminis, non eſt cenſendus agnationis, nihil id expreſſe, & apertiſſime caveatur. *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num.* 74. *Caſtilh. quotid. tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 147. *&* 148. præcipue, quia ex eo matrimonio filia nata fuit, quo in caſu maioratus firmus, & perpetuus remanſit, quem licet à diverſis bonis, & perſonis conflatum, omnes ſimul uno, & eodem voto erexerunt, ut melius liquet dict. fol. 8. verſ. ibi: *E aſſim declaraõ todos, que eſte morgado, que inſtituem*; ante enim hanc declarationem, dicta Domina Antonia finem verbis impoſuerat, atque verbum illud univerſale *Todos* juncto eo *Inſtituem* eam aperte excluſit; & fit, quòd illa, & fratres pariter eundem maioratum inſtituerunt, ut liquet ibi: *Eſte morgado*; cum vero conditus ille fuerit à viris, & à fœmina, longe exultat conſervandę agnationis ratio, imo regularem primogeniorum naturam ſibi aſumpſit, ſicut ex *Molin & Caſtilh.* nuper concluſimus, & curandum non eſt, quòd præmiſſio fœminarum filias dicti Hieronymi ſolum reſpexerat, cujus ſola una in lucem edita eſt, mater nempe R. cui ipſe pater ſupervixit; ex quo caſu dicta præmiſſio viri non evenit, quæ ad Reum ejus filium porrigi nequit, ſiquidem cum maioratus regularis ſit, & non agnationis, tanquam conditus à viris, & à fœmina, & ad eum fœminæ quoque invitatæ fuiſſent, non eſt opus diſcurrere, an illa præmiſſio extincta fuerit? An illa, extendenda eſſet ad Reum filium prædictæ Dominæ vocatæ, ac præmortuæ? Quia recte eum poſſediſſet, tanquam unicus deſcendens ultimi poſſeſſoris. *Ord. lib. 4. tit.* 100. §. 2.

Ne tamen videar dubium hoc intactum 12
relinquere, ſi maioratus veræ agnationis eſſet, & illo tantum in caſu mutata foret ipſa agnationis natura; quis dubitaret mutatam etiam cenſeri reſpectu Rei? nam ſi ejus mater vocata fuit, vocati quoque fuerunt ejus deſcendentes ſaltem maſculi, qualis Reus eſt, *L. cum ita* §. *in fideicommiſſ. ff. de legat.* 2. *Menoch. conſ.* 172. *num.* 34. nam omnis vocatio ad ſucceſſionem ita debet intelligi, & interpretari, ut non ſit inutilis, ſed poſſit ſortiri ſuum effectum, *Menoch. conſ.* 816. *n.* 10. & inutilis eſſet fœminæ vocatio, ſi ejus filius eo primogenio, ad quod illa vocata fuerat, privaretur, maxime in vocatione ad maioratum, in qua vocata perſona includitur, & ejus deſcendentes in infinitum cum excluſione cæterarum, quæ in alijs lineis reperiuntur, ut recte proſequitur idem *Menoch.* ubi proxime, & ſic non eſt opus recurrere ad diſpoſitionem teſtamentariam, nec diſquirere, an poſſet teſtator in ultima volun-

voluntate diſponere de rebus in maioratum jam conſtitutis ob præjudicium vocatorum, & an in eis jus irrevocabile eſſet acquiſitum. Vlyſſipone Decembris 28. 1674. Vellez.

Cum ex inſtitutione expreſſa non inveniatur agnationis vocatio, & neceſſarium ſit ad conjecturas recurrere, & in vocationibus inveniatur aliquo caſu admiſſa fœmina, jam non haberi reſpectum ad agnationem, ſed ad maſculinitatem dicendum eſt: contra *à Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 50. per totum in ſeptima concluſione*; & quamvis caſus admiſſionis fœminæ non eveniſſet, hoc non ſufficit, cum ſufficiat illius vocatio, & admiſſio ad excludendam agnationis præſumptionem, cum expreſſe non inveniatur invitata, ex traditis ab eodem *Molin.* ex quibus, & ex doctiſſime conſideratis à ſapientiſſimo Domino cum illo ſubtili fundamento de muliere etiam dotante ſententiam meritiſſimi Curialis Præſidis utique confirmarem Vlyſſipone 25. Februarij 1675. Doctor Carvalho.

13 No feito de Andrè Gonçalves Azedo cõtra o Padre Manoel Pinto, & Maria Pinta, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deu a ſentença ſeguinte.

Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ he bem julgado pelo Iuiz em abſolver ao R. do pedido pelo A. & oppoente. Nem outroſim he bem julgado pelo Ouvidor, em julgar a ſucceſſaõ do morgado, de que ſe trata, ao oppoente; revogando ſuas ſentenças, viſtos os autos, & como ſe moſtra ſer o A. Baraõ, & filho de Baraõ, & como tal de melhor linha, a qual precede excluindo as femeas, em razaõ de que chamandoſe o macho, como o inſtituidor no caſo preſente fez, fica ſendo o morgado de agnaçaõ, em os quaes termos ficaõ tambem excluidos os que dellas deſcendem, como ſaõ o Reo, & oppoente, o que he conforme as regras de Direito, Ley do Reyno, & fórma da inſtituiçaõ do morgado, de cuja ſucceſſaõ ſe trata. Julgaõ pertencer a ſucceſſaõ do dito morgado ao A. & condenaõ ao R. lho largue com as propriedades delle, & lhe pague os frutos delle da lide conteſtada em diante, & condenão ao Reo, & oppoente nas cuſtas dos autos de permeyo. Lisboa 28. de Março de 1662. Souſa, Rego, Cabral.

Hæc ſententia fundata fuit in ſequentibus deliberationibus. 14

In vinculo, & ſucceſſione bonorum, de quibus controvertitur, verba inſtitutionis fol. 8. ſic ſe habent: *Faz Capella, & herdeiro de toda ella a Manoel Rodriguez Boticario deſta Villa, ſeu primo*; & ibi: *E quer, & mãda que ande ſempre na linha direita, em hum ſò cabeça, em o filho mais velho, & nam havendo filho, no parente mais chegado, como ſejaõ dos Azedos; & quer, & he ſua vontade, que o poſſuidor, & ſucceſſor ſe nomee ſempre com eſte apellido, Azedo*; & addit fol. 11. *Que nam havendo na linha filho, ou neto, que logo paſſe a outra linha a dita Capella, aonde ouver o dito varaõ filho macho, que da ſua linha proceda.* Mortuo primo vocato, & unica ipſius filia, nunc contendunt Actor filius ex fratre primi vocati utrinque conjuncto, opponens filius ex ſorore ex uno tantum latere ipſius primi vocati, & Reus filius ex ſorore inſtitutoris; Iudex ad favorem Rei ſententiam tulit fol. 97. Auditor, Iudice revocato, pro opponente judicavit fol. 118. cum ſeqq. Ego autem Reum, & opponentem excludendos cenſeo, & Actorem præferendum teneo; quia attenta inſtitutionis forma, ſemper, & in omni caſu maſculi vocantur, & conſequenter fœminæ excluduntur: hæc eſt opinio *Paul. de Caſtr. in L. marit. num. 5. Cod. de procur. & conſ. 190. lib. 2. Pariz. conſ. 22. à num. 26. cum ſeqq. lib. 3. Menoch. conſ. 205. à n. 20. lib. 3. Fuſar. conſ. 192. à num 29. ubi DD. 24. & num. 30. in fin.* dicit magis receptam, & *conſ. 14. num* 18. *& num.* 19. dicit veriorem *Valenz. conſ. 40. à num. 24. Molin. de rit. nuptiar. q. 24. num. 193. Altograd. conſ. 80. num.* 81. *& num* 84. *tom. 2. Carol. Mar. tom. 1. reſp. 28. num. 24. cum ſeqq.* Nam linea ex maſculo vocata, agnatio cenſetur contemplata. *Add. ad Molin. lib. 1. cap. 6. num. 39. Valenz. conſ. 40. num. 24. Caſtilh. contr. lib. 6. cap. 133. num. 14. verſ. concluditur, Vela diſſert. 49. tom. 2. num. 45. Duran. dec. Rot. Rom. 300. n. 8. Grat. cap. 901. n. 1. Horatius Giavagn. conſ. 75. n. 1. lib. 1.*

Et ideo ſicut non admittitur fœmina, ſic excluditur maſculus ab ea deſcendens, quia idem judicandum eſt de cauſa, quòd de cauſato. Quod ex doctrina *Caſtr. in d. L. maritus num. 5. Cod. de procurat.* reſolvit *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num.* 38. *verſ. non enim, & lib. 3. cap. 5. num. 69. verſ. ſimiliter, Valenſ. conſ. 40. num. 25. verſ. idem erit judicandum, Fuſar. d. q. 346. num.* 17. *& num.* 34. *Altograd. d. conſ.* 80. *num.* 81. *& 83. verſ. intrat enim, tom. 2. Grat. for. cap.* 901. cum alijs ſupra citatis. 15

Quòd indubitabilius procedit, extantibus conjecturis, quæ id ſuadeant, qualis eſt nominis appellatio. *Covas pract. cap. 38. num. 28. & lib. 3. cap. 5. num. 5. verſ. ſeptimo, Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. n. 38. & cap. 5. num.* 16

num.7.& cap.8.num.10.ad med. Caſſan. conſ.47.num.5.& conſ.53.num.89. Gratian. cap.621.num.4. Molin. de rit.nupt. lib.3.q. 24.num.153.& 197. & in ſimplici maſculorum vocatione, adjecta dictione, *ſemper. Peregrin. de fideicom. art.27.num.20.& conſ. 44.num.28. Caſſan.conſ.47.numer.123.& conſ.50.num.40. & conſ 53.num.11.21.& 34. Menoch conſ.836.num.24. in fine, Valenz. conſ.113.n.51.tom. 2. Molin. de primog.lib.3 cap.5.n.62.& 69.*

17 Quæ rationes æque conveniunt Reo, & opponenti, qui à fœminis deſcendunt, & regulariter quando maſculi vocantur ad fideicommiſſum, ſeu ad aliquam diſpoſitionem, non veniunt fœminę, imo cenſentur excluſæ, juxta regulam *Legis cum prætor ff. de jud. L. galus §. nunc de lege ff.liber. & poſthum. Reminald. jun.conſ. 371. num. 6.& 7. Menoch.conſ.1099.num.20. Tuſc. pract. tom.5.lit. M. concl.102. aliàs 502.à princip. Fuſar. de ſubſtit.q.311.num.12.* quos ſequitur *Barb.variar. appell.141.num.1.* in quo etiam maſculi quoque ex fœminis excluduntur, ad quod eſt omnino videndus *Farin. 1.p. dec.463.de conjectur.ult.vol. lib.11. tit.15.num.2.& de tacit.lib.23. tit.13. Menoch.de præſumpt.lib.4. præſ.91.num.5.& conſ.172.num.12.& conſ.326.num.136.& conſ.1152.num.16.& conſ. 1229 numer.16.* ubi 39. DD. affert pro hac opinione, qui eſt etiam in materia videndus *Barb. appell. 141.num.2.& lib.1. vot.7. num.13. cum ſeqq.*

Et prædictorum excluſio alia inevitabili 18
ratione convincitur; quia teſtator lineam conſtituens in primo vocato, illo deficiente, addit fol. 11. verſ. & non ſuperſtite filio, aut nepote, ſtatim fiat tranſitus ad aliam lineam, ubi maſculus exiſtat filius maſculi, qui ab ejus linea deſcendat; ergo ad fratres primi vocati, nam alia linea vocata prima inſpicitur, ut ſecunda cognoſcatur. *Gutierr. canon.lib.2.cap.14.num.51. 52.& 53. Caſtilh.de conject.lib.5.cap.95. num. 8. Theſaur. for.lib.1.q.34.num.9.* Unde unusquiſque fratrum primi vocati ſuam lineam conſtituit, & prædicta linea vocata, & conſtituta, cum Actor maſculus exiſtat, qui à maſculo deſcendit, & opponens licet in eadem linea, & gradu à fœmina deſcendat, indubie præferri debet maſculus, qui ex maſculo deſcendit, excluſo maſculo, qui ex fœmina venit, quin recurramus ad prærogativam maioris ætatis, quod ſi adhuc neceſſarium eſſet, etiam ex prædicta maioris ætatis qualitate Actor præponendus venit ex evidentijs oſtenſis fol.275. à num. 3. ex quibus Iudice, & Auditore revocatis, Actorem præferendum teneo. Ulyſſipone 2. Maij 1662. Cabral.

Reſoluta à dominis meis amplector, tam 19
ex dictis in ſapientiſſima deliberatione, quàm certe motus *à Gam.dec.7. præcipue n. 3.& dec.354.num.9. Cald.quæſt. forenſ.lib. 1.q.19. num.1.cum ſeqq.* omnino videndus, quia tanquam ex profeſſo hanc quæſtionem agit. Nec quoad opponentem aliquid facit fundamèntum (de cujus probatione dubito) quia ætas non attenditur, ubi qualitas præſidet. *Molin.lib.3.cap.4.num.13. Caſtilh.lib.3.cap.19.num.327. Valenzuel.conſ. 97.num.12. Ord.lib.4 tit.100.§. 1.* Ulyſſipone 25. Martij de 1662. *Souſa.*

Hæc ſententia impedita fuit cum excep- 20
tionibus, ſuper quibus lata fuit ſententia ſequens.

Acordão os do Deſembargo, &c. Julgão os embargos, que forão recebidos do embargante Franciſco Rodriguez Azedo, que a parte contraria, por naõ provados, viſto o defeito da prova do embargante, & ſer maior, mais clara, & mais concludente a do embargado, & lhe aſſiſtir as preſumpçoens de Direito; pelo que mandaõ, que a ſentença embargada paſſe pela Chancellaria, & ſe entregue à parte, & condenão ao embargante nas cuſtas, na fórma da Ordenaçaõ. Lisboa 22. de Agoſto de 1665. Teixeira, Mattos, Souſa.

Hæc ſententia fundata fuit in ſequenti 21
deliberatione.

Impedimenta recepta improbata dicerem, nam cum in facto conſiſterent, debebant concludenter probari; hoc defecit, quia teſtes impedientis fol. 352. non concludunt, ſiquidem deponunt confuſe, & generaliter; at vero teſtes impediti fol. 328. deponunt affirmative, & cum diſtinctione circa materiam cognationum impediti, quare debent præferri ijs, qui generaliter, & ſine diſtinctione deponunt. *Alberic.in L.turpia ff. de leg.1. Iaſon.conſ.2.num.8 lib. 1. Farinac.dec.245.num.1.p.1.& dec. 189. n. 2.p.2.& de oppoſit. contra teſtium dicta lib. 3.tit.7 q.65.num.170. tom. 2.* & ſi plures ſint teſtes deponentes in genere. *Gabr. cõm. lib.1.tit.de teſtib.concl.4.n.72.*

Præcipue in materia ſubjecta, quia teſti- 22
bus diſtinguentibus qualitates, deſcendentias, & aſcendentias magis creditur, quàm non diſtinguentibus. *Gloſſ verbo præterito in cap.ut circa de electione in 6. Farinac.de teſtib.q.65.n.191.*

Præterea, quia habemus teſtem contra 23
producentem fol.353. & in alijs, qui deponunt de auditu contra impeditum, deficiunt

illa

illa plura requisita, ut probent consanguinitatem in antiquis, de quibus notatur in *Cap. licet ex quadam de testib. Farinac. de testib. q.* 69. *num.* 105. *Mascard. de probat. concl.* 41. *aliàs* 410. *num.* 12. Hæc omnia, & quæ considerat doctus Advocatus impediti de more suo mihi coguntur, ut confirmetur nostrum decretum impeditum. Vlyssipone 18. Decembris 1662. Sousa.

24 Vltra quod clarior mihi sit impediti probatio, & coadjuvata teste impedientis contra producentem fol. 353. præsumptio juris est pro puritate sanguinis. *L. ab ea parte ff. probat.* quam semper amplectitur *Rot. Rom.* & post multas decis. *Gregor.* 15. *dec.* 498. *ubi Additio lit. A. Paul. Duran. dec.* 316. *n.* 1. *Cevallos tom.* 4. *q.* 900. *num.* 108. *Gutierr. lib.* 3. *pract. q.* 13. *num.* 3. *Lara de Capellan.* 2. *p. cap.* 4. *num.* 67. *Valens. cons.* 90. *num.* 56. itaut hæc præsumptio sufficiat, & relevet ab onere probandi, sed adversarius tenetur probare contrarium. *Gregor.* 15. *num.* 2. & 3. ubi proximè: cum igitur impediens id minime probet, impedimenta etiam non probata censeo. Vlyssipone 17. Augusti 1665. Teixeira.

25 Ex quibus decisionibus, & Doctorum responsis constat, quòd ex conjecturis excluditur etiam agnatio, quæ non abs ratione erit aliquas conjecturas exclusivas agnationis hic referre. Et in primis agnatio excluditur quando maioratus fuit fundatus à fœmina, ut judicatum fuit in causa supra relata. *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 73. & 74. *Castilh. lib.* 2. *contr. cap.* 4. *n.* 147. 153. ubi asserit procedere, quando simul à masculo cum fœmina fuit factus maioratus; quod etiam tradit *Menoch. cons.* 802. *n.* 72. cum multis *Maldonad. in add. ad Molin. de primog. p.* 58. *n* 73. & 74.

26 Secunda conjectura resultat quando in aliqua parte institutionis vocantur fœminæ, eorumque descendentes, etiam si plures in maioratu masculi vocati fuerint. *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 50. & *ibi Maldonad in addit. num.* 25. *Lara de vita hominis cap.* 30. *num.* 94. & 95. & 96. *vers. aut vocavit aliquos, Fusar. q.* 499. *num.* 22. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 69. *Gutierr. cons.* 13. *num.* 23. *Surd. cons.* 313. *num.* 3. & *cons.* 308. *num.* 15. & *cons.* 443. *num.* 13. *Fusar. q.* 499. *num.* 22. *Molino de ritu nuptiarum lib.* 3. *q.* 24. *num.* 145. *Gratian. cap.* 536. *num.* 62. *Giurb. dec.* 32. *num.* 15. & 20. *Castilh. lib.* 2. *contr. cap.* 4. *num.* 178. & *in add. ad cap.* 133. *Tondut. Civil. p.* 2. *cap.* 130. *num.* 2. *Cassanate cons.* 4. *num.* 205. & 217. *Bellon. cons.* 72. *num.* 2. & *cons.* 73. *num.* 9. *Cresp. obs.* 22. *num.* 52. *Valenz. cons.* 97. *num.* 43. 57. & 58. *Larr. dec* 34. *num.* 28. & *seqq. Ioseph Altograd. tom.* 1. *contr.* 40. *num.* 8. & 40. & 2. *tom. contr.* 68. *Capyc. Latr. dec.* 128. *num.* 19. *Fragos. de regim. Reip. p.* 3. *lib.* 9. *disp.* 20. §. 5 *pag.* 607. *num.* 51. his non citatis *Rosa observ.* 69. *num.* 22. & *seqq.* & *n.* 47. & 48. *Ramon cons.* 100. *num.* 277. *Leon dec.* 1. *num.* 78. & 83. *tom.* 3. *Gam. dec.* 294. *Pereir. dec.* 59. *num.* 3 *Phæb. dec.* 39. *num.* 15. *Cyriac. contr.* 174. *in dec. num.* 18. *Hodiern. forens. contr.* 11. *n.* 37. *Altograd. cons.* 60. *n.* 123. *vol.* 1. *Sousa de Maced. dec.* 19. & *n.* 4.

Et hæc est vera opinio, etiam quando vocantur in aliqua parte descendentes fœminarum, ut tenet *Ramon. cons.* 100. *n.* 277. *Bellon. cons.* 72. *num* 2. & *cons.* 73. *numer.* 9. *versic. primo quia, Cassanat. cons.* 4. *n.* 205. *versic.* & *quia, Cresp obs.* 22. *num.* 52. *Valenz. cons.* 97. *num.* 43. 57. & 58. & pro hac parte judicatum fuit in dicta causa proxime allegata. *Roxas infra*, licet aliud dicant DD. citati supra, & *Barbos. vot.* 70. *num.* 25. & *segq.* de qua re *Roxas de incomp. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 309.

Tertia conjectura resultat ex eo, quia 27
maioratus est institutus ab extraneo; quia secundum juris civilis rationes, agnationis jus in his eadere nequit, nec etiam testatorem cogitasse de agnatione credendum est, ut in terminis tradunt *Peregrin. cons.* 30. *n.* 5. & 7. *vol.* 4. & *cons.* 1. *num.* 11. *vol.* 5. & *de fideicom. art.* 22. *num.* 82. & *art.* 25. *num.* 26. *Roland. cons.* 76. *n.* 15. *vol.* 3. *Honded. cons.* 57. *num.* 7. *lib.* 1. *Castilh. cap.* 133. *n.* 2. *num.* 6.

Quarta conjectura resultat ex vocatione 28
filiorum naturalium, ut tenet *Mantic. dec.* 319. *num.* 7. & *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 78. *versic. quia non sunt agnati,* & *lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 23. *versic. quia, Rosental. de feud. cap.* 7 *q.* 36. *num.* 2. *Monach. de interpretatione investituræ lib.* 11. *Valenz. cons.* 97. *num.* 65. *Fusar. q.* 499. *num.* 27. *Rota apud Farinac. dec.* 267. *num.* 6. *p.* 2. *Ramon. cons.* 15. *n.* 17. *Rota apud Ludovic. dec.* 433. *numer.* 16. *ubi Beltramin. lit.* C. & alias conjecturas exclusivas agnationis vide per supra citatos, & etiam per *Altograd. contr* 68. *per tot.*

Et licet ut diximus quando in aliqua in- 29
stitutionis parte vocantur fœminæ, aut eorum descendentes adsit præsumptio agnationis exclusiva; nihilominus tamen hæc conjectura cessat, quando voluntas testatoris est in contrarium, ita ut deficientibus masculis ex masculis conservetur in fœmina, aut in eis descendentibus quando fœmina est ex masculi linea, & tunc absque alte-

riur

jius fæminæ interpoſitione derivetur deſcendentia maſculina ad imitationem lineæ maſculi defectæ; tunc enim fæmina conſideratur caput, ex quo nova linea maſculina derivatur, & in hoc caſu ſicut maſculus judicatur; tunc enim mutat ſexum ex providentia Domini, aut inſtitutoris, qui eam ſeminam fingit maſculum; & extinguitur in hoc caſu ei conditio muliebris; quia non eſt conſideranda qualitas ſexus, ſed id quod per ſexum repræſentatur, ut per hæc verba tradit *Marino Frecia de ſubfeud. lib. 2. de ſucceſſ. feud. add. 1. §. ſæpe fuit interrogatus num. 27. pag* 280. & hæc transformatio cognatorum eſt illa, quam DD. Practici vocant quaſi agnationem veram, quam poteſt inſtitutor, ſicut Lex poteſt, transformando cognatos in agnatos, ad hoc ut cognati, ſicuti agnati ſuccedant, in eadem forma, ac ſi fuiſſent agnati veri, *ex text. in auth. quibus modis nat. effic. ſui. L. lege* 14. *§. his igitur, Cod. leg. hæred. L. meminimus* 15 *§.* 1. *& §. illo, Cod. de ſuis, & legit. hæred. gloſſ. ſingularis in rubric. Cod. unde legit.* quæ inter agnatos computat filios ſororis, qui quamvis ſecundum naturam ſint cognati, miniſterio tamen legis ſunt loco agnatorum, licet large, & improprie, ut notat *Pedroca conſ.* 33. *num.* 13. *Decian. conſ.* 46. *num.* 102. *lib.* 2. *Cacher. conſ.* 138. *num.* 21. *lib.* 2. atque ita poteſt continuari agnatio vera per continuationem lineæ maſculinæ derivatam à filiabus immediatis, & ita non obſtat præſumptio excluſiva agnationis ex fæminarum vocatione, ut docte declarat *Grato conſ.* 5. *n.* 86. *vol.* 2. *Honded. conſ.* 4. *num.* 19. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 117. *num.* 22. *&* 23. *& conſ.* 205. *n.* 14. *&* 15. Et hæc agnatio in deſcendentibus maſculis fæminarum, ad veræ agnationis imitationem recognoſcunt, & probant *Socin. jun. conſ.* 69. *num.* 22. *lib.* 3. *Burſat. conſ.* 228. *num.* 29. *lib.* 3. *Reminald. conſ.* 21. *num.* 28. *& conſ.* 23. *num.* 83. *&* 86. *lib.* 1. *Maroc. conſ.* 50. *num.* 20. *Cravet. conſ.* 359. *num.* 15. *lib.* 4. *Raud. var. cap.* 39. *num.* 199. *Caſſanat. conſ.* 20. *n.* 29. *Caſtilh. tom.* 6. *cap.* 133. *num.* 12. *Fuſar. q.* 499. *num.* 13. *verſ. ſextus caſus eſt.* Et quid ſi duæ fæminæ intervenient. *Hond. d. num.* 19. *Gallo conſ.* 20. *n.* 21. *Roland. conſ.* 58. *num* 31. *lib.* 3. *Caphal. conſ.* 343. *num.* 41. *& per tot.*

Attamen inſtitutorem voluiſſe facere
30 maioratum agnationis, licet expreſſe non faciat, aut declaret, poteſt probari ex dictis proxime, & ex conjecturis evidentiſſimis deductis ex proprietate vocationum, ex quibus habetur pro expreſſa, ut in terminis tenet *Ramon. conſ.* 17. *num.* 10. *& ſeqq. Bicchius dec.* 112. *num.* 7. *& dec.* 493. *num.* 18. *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 17. *num* 27. *& lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 15. *& ſeqq. Mier. de maiorat.* 2. *p. q* 6. *num.* 424. *Menoch. conſ.* 117 *num.* 29. *Surd. conſ.* 125. *num.* 6. *Fontanel. dec.* 36. *n.* 2. *&* 7. multos refert eleganter *Roſa conſult.* 69 *num.* 51. *&* 53. *&* 159. *Larrea dec.* 53. *num* 9. *& ſeqq. Caſtilh. lib.* 5. *cap* 92. & dictum eſt in doctiſſima deliberatione, de qua ſupra.

Et ex illis cenſetur maioratus agnationis 31
inſtitutus, ac ſi expreſſe dixiſſet. *Menoch. conſ.* 1032. *num.* 9. *Surd. conſ.* 241. *num.* 11. *& conſ.* 316. *num.* 9. *& conſ.* 344. *num.* 10. *& conſ.* 443. *num.* 16. *& conſ* 498. *num.* 23. *Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3 *cap.* 24. *numer.* 200. quos *Ego ipſe* allegavi *in allegatione impreſſa in Domo de Aveiro pro D. Auguſtino de Lancaſtro num.* 65. *& num.* 66. *& ſeqq.* Oſtendi multas conjecturas, ex quibus probatur maioratum inſtitutum eſſe agnationis, & ibi illas videre poteris, & etiam poſt ibi citatos, *Roſa conſult.* 69. *Altograd.* 2. *tom. contr.* 68. *in deciſione Vrſeol. contr.* 60. & per alios quos referunt, atque ita poſſe probari maioratum eſſe agnationis conjecturis, judicatum fuit in cauſa ſequenti, & oſtenſum eſt in aurea deliberatione, de qua ibi.

No feito de Eſtevão Correa da Cunha, 32
em que he parte Ioão de Mello da Sylva, Eſcrivão Manoel Ribeiro de Faria, ſe deu a ſentença ſeguinte.

Viſtos eſte proceſſo, & o appenſo, libellos dos AA. originarios Gaſpar da Cunha de Mendonça, & ſua mulher Dona Catherina Patheco, a qual pelo dito ſeu marido falecer na continuaçaõ deſta cauſa, nella ſe habilitou em ſeu nome, & como tutora do A. Eſtevaõ Correa da Cunha filho macho baraõ mais velho, naſcido legitimamente de entre ambos, contrariedade do R. originario Franciſco Correa de Meneſes, & ſua mulher Dona Anna da Sylva, ſentença de habilitaçaõ do R. Antonio Correa ſeu filho, para com elle correr a cauſa, como ſucceſſor, & herdeiro do defunto ſeu pay, que no diſcurſo della faleceo, papeis, & documentos juntos por huma, & outra parte, & a prova dada; Moſtraſe, que no anno de 1499. *a Senhora Infanta Dona Beatriz, mãy do Senhor Rey D. Manoel, fez merce a Rodrigo Affonſo de Atouguia, de lhe aforar emphatiota para ſempre, para elle, & todos ſeus herdeiros, & deſcendentes a ſua Villa de Bellas, com todas as mais pertenças declaradas no aforamento, & toda a juriſdiçaõ civel, & crime, com faculdade de poderem nomear hum ao outro, & com declaraçaõ, que falecendo alguns dos*

ſuc-

ſucceſſores ſem nomear, nem por iſſo tornaria ao direito Senhorio, antes paſſaria ao parente mais velho, & mais chegado, com obrigaçaõ ſómente de quarenta mil reis de foro em cada hum anno, pagos à dita Senhora em ſua vida, & por ſua morte ao Moſteiro de Noſſa Senhora da Conceyção de Beja, com pena de commiſſo, no caſo que no pagamento delle faltaſſe tres annos; & com mais declaração, que o dito prazo nam poderia ſer partido, trocado, nem alheado, & que eſte aforamento lhe fazia, conſiderando a razaõ, & obrigaçaõ, que tinha, de lhe fazer merce, & por ſervidor de ſua fazenda, & do Conſelho do dito Senhor Rey ſeu filho, & porque elle em ſua vida, & os que delle Rodrigo Affonſo deſcendeſſem, havião de pagar bem o foro, & ſer bons foreiros. Moſtraſe, que depois do dito Rodrigo Affonſo de Atouguia ſer inſtituido na poſſe do dito prazo no anno de 1506. fez ſeu ſolemne teſtamento, & nelle hia a inſtituiçaõ de morgado, ao qual avinculou a terça de ſeus bens, tomando-a em certas propriedades, & annexandolhe juntamente o dito prazo da Villa de Bellas, com a juriſdição, & propriedades a elle pertencentes, na fórma da Carta de ſeu aforamento, & doaçaõ feita pela dita Senhora Infanta, a qual lhe foy confirmada pelo dito Senhor Rey, declarando o dito inſtituidor, que o dito morgado andaria ſempre em ſeus deſcendentes, & parentes mais chegados, dandolhe a fórma da ſucceſſaõ, como foy, que por ſeu falecimento lhe ſuccedeſſe ſeu filho mais velho Pedro Correa, ſendo vivo, & que naõ o ſendo, vieſſe ao mayor de ſeus filhos; & que ſuccedendo o dito ſeu filho mayor Pedro Correa, por ſeu falecimento vieſſe a ſeu filho mayor baraõ, & aſſim por ſua linha deſcendente para ſempre; & que nam tendo elle filho baraõ, & tendo filha femea, ella ſendo mayor lidima ſuccedeſſe no dito morgado, & aſſim dahi em diante o ſeu filho mayor lidimo, & que naõ tendo eſta filha eſpecialmente nomeada filho baraõ, que em tal caſo o dito morgado tornaſſe ao herdeiro baraõ lidimo, & mais velho, que ahi ouveſſe; & que ſuccedendo nelle algum dos outros filhos, & naõ os do dito Pedro Correa, que entaõ por ſua morte, deſcendeſſe o dito morgado ſempre por linha direita maſculina, ſem o poder herdar femea, & ſempre andaria em baraõ lidimo mais velho, & mais chegado ao ultimo poſſuidor; & ſe moſtra, que depois que o dito Rodrigo Affonſo da Atouguia fez a dita inſtituiçaõ, em hum ſeu codicillo declarou, que por lhe parecer que o dito Franciſco Correa ſeu filho mais velho, & ſucceſſor poderia naõ deixar filhos, querendo prover ſómente neſte caſo, mandava que neſta parte ſenão cumpriſſe a fórma dada para a ſucceſſaõ do dito morgado no dito ſeu teſtamento, & que o dito ſeu filho Franciſco Correa o poſſuiſſe em ſua vida, & dandolhe Deos filho, ou filhos lidimos, o ouveſſem, ſegundo a fórma do teſtamento, & que naõ os tendo, entaõ poderia deixar o dito morgado, & prazo de Bellas nelle unido, a hum dos outros filhos delle inſtituidor, qual lhe pareceſſe, ou a alguns de ſeus netos, filhos de Chriſtovaõ Correa ſeu filho, em quem ficaſſe melhor empregado, aſſim como ouvera de vir aos deſcendentes do dito Pedro Correa, dandolhos Noſſo Senhor; pelas quaes clauſulas do codicillo, o dito inſtituidor nam revogou o modo de ſucceder no dito morgado, em que tinha expreſſamente prohibido, que nelle nam podeſſem ſucceder femeas, ſalvo a filha do dito Pedro Correa por eſpecial privilegio exceptuada; antes ratificou a dita prohibiçaõ de femeas, em quanto no codicillo mandou, que as mais couſas diſpoſtas no dito teſtamento ſe cumpriſſem. Moſtraſe, que por morte do dito inſtituidor, ſuccedeo no dito morgado, & prazo de Bellas a elle vinculado o dito Pedro Correa pela primeira vocaçam; & por falecer ſem deixar filho, ou filha, nem deſcendentes pela faculdade que o inſtituidor ſeu pay lhe tinha dado, nomeou por ſucceſſor do dito morgado, & prazo de Bellas a elle vinculado, a ſeu ſobrinho Franciſco Correa, filho de ſeu irmaõ Chriſtovaõ Correa, & neto do inſtituidor; acreſcentando ao meſmo morgado outros mais bens proprios ſeus, com que ficou de mayor rendimento, conformandoſe com a vontade do dito ſeu pay defunto no modo da ſucceſſaõ, que nam ſuccederia femea, nem no que elle Franciſco Correa de novo inſtituia de ſeus bens, & que do dito morgado ſeria cabeça a Villa de Bellas, & ſe chamaria o morgado de Bellas, & andaria ſempre em baroens machos, & lidimos, como o havia diſpoſto o primeiro inſtituidor ſeu pay, cuja vontade foy tanto expreſſa da excluſaõ de femeas, que chamando eſpecialmente a filha do dito Franciſco Correa, declarou, que nam tendo ella filho baraõ lidimo, tornaſſe o dito morgado a quem foſſe, na fórma referida em ſua inſtituiçaõ; & ſe moſtra, que pelo falecimento do dito Pedro Correa, ſuccedeo no dito morgado o dito Franciſco Correa ſeu ſobrinho por elle nomeado, o qual o poſſuio como tal em ſua vida; & na ſua morte na meſma conformidade lhe ſuccedeo nelle Manoel Correa ſeu filho baraõ lidimo, que poſſuindo-o em ſua vida, por falecer ſem filho baraõ, entrou na poſſe delle ſua filha Dona Anna, menina de pouca idade; contra a qual ſe

moſtra

moſtra por acçaõ Franciſco Correa de Meneſes R. originario neſte feito, para lhe largar o dito morgado, por lhe pertencer, conforme as vocaçoens das ditas inſtituiçoens, & por ſer varaõ deſcendente por linha maſculina do primeiro inſtituidor ſeu biſavo; pelas quaes cauſas, & outros fundamentos, ouve ſentença no Iuizo ſuperior contra Dom Manoel, & ſua mulher, como herdeiros habilitados da dita Dona Anna a eſte tempo jà falecida, na qual foraõ condenados, largaſſem ao dito Franciſco Correa de Meneſes o dito prazo de Bellas, cabeça do morgado, com todas as propriedades pertencentes a elle, & frutos dellas da lide conteſtada em diante, como tambem dos bens patrimoniaes do dito morgado, cuias propriedades lhe tinhaõ julgado ao dito tempo, & ſe julgou, & declarou na dita ſentença, que o dito morgado, & prazo de Bellas a elle unido, pertencia por falecimento do dito Manoel Correa ultimo poſſuidor, baraõ lidimo daquella linha, ao dito Frãciſco Correa pay do R. por nam poder ſucceder nelle a dita R. originaria Dona Anna por femea, & incapaz da dita ſucceſſaõ pelas clauſulas, & condiçoens expreſſas dos ditos inſtituidores, & que fora baſtante o vinculo, & uniaõ do dito prazo, pela haver feita em ſeu teſtamento o primeiro acquirente, & ſer eſſa a ſua ultima vontade, com a poſſe do dito Pedro Correa ſeu filho, & ſeu ſucceſſor, por eſpaço de quarenta & hum annos, continuada por dous, ou tres ſucceſſores, neto, & biſneto do inſtituidor, por mais vinte & nove annos em que a annexaçaõ do dito prazo ficâra legitimamente preſcripta, & ſe devia regular por bens de morgado, em que naõ podia ſucceder femea, como nos mais bens patrimoniaes, & pela doação delle ſer feita pela dita Senhora Infanta para o dito inſtituidor, & ſeus deſcendentes em remuneraçam de ſerviços. Moſtraſe, que Dona Iſabel de Mendonça, filha do dito Franciſco Correa, & irmãa do dito Manoel Correa ultimo poſſuidor, baraõ daquella linha, & ſeu marido Gaſpar da Cunha, tratâraõ de ſe oppor à dita cauſa, que corria com a dita Dona Anna ſua ſobrinha, dizendo que por ſeu falecimento lhe pertencia o dito prazo de Bellas, como a parenta ſua mais chegada que era, & pedindo viſta dos autos, ſe lhe nam concedeo, por o feito eſtar concluſo, & aggravando, nam tiverão provimento, nem nos embargos com que vierão, & finalmente ſe deu a dita ſentença a favor do dito Franciſco Correa, como della ſe vè a fol. 170. depois do que ſe moſtra a fol. 151. ſer a dita ſentença confirmada por Sua Mageſtade de ſua certa ſciencia, & poder Real, & derrogaçaõ, ainda que foſſe de Direito de terceiro, com outras mais clauſulas exuberantes, & nam conſta, que a dita Dona Iſabel trataſſe mais do direito da dita cauſa, nem que ella foſſe a filha mais velha do dito Franciſco Correa; ſómente conſta, que em ſeu teſtamento nomeou o direito do dito prazo de Bellas em ſeu filho Sebaſtiaõ Correa da Cunha, & elle por ſeu falecimento em ſeu filho mais velho Franciſco Correa da Cunha, o qual por ſua morte o nomeou em ſeu irmão A. originario, & elle falecendo, em o A. Sebaſtiaõ Correa da Cunha ſeu filho, & habilitado neſta cauſa, todos baroens, deſcendentes da dita Dona Iſabel. Moſtraſe, que o dito prazo, & morgado de Bellas do anno de 1503. tè o de 1610. em que o pay do A. intentou auçaõ contra o pay do R. andou tudo ſempre unido, & vinculado de huns em outros ſucceſſores, ſem nenhuma ſeparaçaõ, que foy por mais de cem annos poſſuido, como morgado pelo R. originario, & o R. ſeu filho com o dito titulo, & ſentença, ainda contra a ultima poſſuidora, & ſeus herdeiros habilitados em juizo contraditorio, em que a biſavô do A. nam foy admitida, pelo que lhe ficou prejudicando, & a ſens deſcendentes, de mais de que lhe nam podia devolver o direito da ſucceſſaõ do dito morgado, por entrar na geral excluſaõ de femeas, que fez o primeiro acquirente; por quanto a clauſula, de que poderia ſucceder a filha do dito Pedro Correa, ſenam pòde conſiderar por repetida na faculdade, que o inſtituidor lhe deu, para nomear, naõ tendo filho, ou filha, porque a ella foy eſpecialmente concedido o dito privilegio, & nam a outra alguma filha: a qual fórma ſenam alterou pelo dito codicillo do diſpoſto no teſtamento do dito inſtituidor Rodrigo Affonſo de Atouguia, ſobre o modo da ſucceſſam do dito morgado, que pelo diſpoſto por elle, ficou ſendo de agnaçaõ, & pelo dito prazo lhe ſer dado em remuneraçam de ſerviços, para elle, & ſeus deſcendentes, & ſendo para ſempre, nam ficou ſendo ſimples de pacto, & providencia, & podia deixalo em fideicommiſſo univerſal a ſeus ſucceſſores, & deſcendentes, por ſerem comprehendidos na primeira inveſtidura do dito prazo, aos quaes o concedente nam reſpeitou, ſenaõ por contemplaçaõ do primeiro inveſtido; nem ao A. compete tratar da nullidade da dita annexaçam, por ſer direito, de que ſó pôde tratar o direito ſenhorio, em razaõ de ſeu prejuizo, por ſer eſſa allegaçaõ arbitraria ſua, & a licença para ſe poderem alhear bens foreiros, ſenão requere pro fórma incorporada nos contratos, por ſer ſolemnidade extrinſeca, & ſe preſume,

que a ouve, pelo tacito conſentimento de mais de cem annos, ſem conſtar, que por via alguma o dito Moſteiro contradiſſeſſe a dita annexaçam, nem nella ſe alterou a natureza do dito prazo, poſto que obraſſe, que podendo vir a hum, venha a outro deſcendente do primeiro inveſtido, para quem a dita Senhora o concedeo, & como a dita Dona Iſabel de Mendonça biſavò dò A. foy expreſſamente excluida pelo dito inſtituidor, & incapaz de ſucceſſaõ do dito morgado, & ſe lhe nam podia devolver por morte do dito Manoel Correa ſeu irmão, nem da dita ſua ſobrinha Dona Anna excluida pela dita ſentença, & nam tinha direito para ſucceder no dito morgado, & nam nomear em ſeu filho, & ſucceſſores, nem elles acquirido de huns aos outros pelas ditas nomeaçoens; O que tudo viſto, & o mais dos autos allegado, & provado nelles, & diſpoſiçaõ de Direito no caſo, abſolvo ao R. do pedido pelo A. em ſeu libello, & condeno ao A. nas cuſtas dos autos. Lisboa 20. de Outubro de 1649. Franciſco Monteyro Montarroyo.

33 A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, Iudices, Carneyro Pereyra.

Et hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

34 Petunt in hoc proceſſu maioratum inſtitutum à Roderico Alfonſo teſtamento fol. 11. verſ. & ſeqq. Actores originarij, ſcilicet, & poſt illius obitum habilitati; petunt in appendice emphyteuſim oppidi nuncupati, Bellas, cum jurisdictione, & bonis eidem connexis, quam Infans Domina Beatrix Regis Emmanuelis mater præfato Roderico conceſſit, ejusque poſteritati fol. 591. cumque unumquodque ex his diverſis argumentis, diverſis juris reſolutionibus petatur, ſigillatim de unoquoque erit diſſerendum, ut deciſio dilucidior remaneat; & primo de maioratu diſceptabitur; ſecundo de emphyteuſi: nec valde laborioſum erit judicium interponere in hujusmodi cauſa, cum de utroque acerrime diſceptatum ſit, & uſque ad nauſeam diſputatæ quæſtiones, & repetitæ reſolutiones juris reperiantur: at faſtidioſum nemo negabit, eandem tundere incudem, idque tam copioſe, & immodice, ut cenſuram Horatij in arte, docti patroni effugere non valeat, dum cecinit (*Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo*) Liceat igitur ex ſcriptis erudicte aliqua mutuari, ut cauſam decidere valeant, ſiquidem cum nihil intactum ipſi reliquerint, nihil novum adducere, nota dignum, non reputabitur.

De Maioratu.

In hac controverſia Actorum jura ex eo 35
videntur potiora; primo, quia ſive aſſeramus, ultimum maioratus poſſeſſorem Emmanuelem Correa fuiſſe, ſive illius filiam Dominam Annam ultimam poſſetricem, Actor originarius proximior illis erat, quàm Reus originarius Franciſcus Correa, ut in confeſſo eſt, & tanquam talis in maioratu ſuccedere debuit, ex *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2.* junctis ijs, quæ Doctores diſputantes, an inſtitutoris, an vero ultimi poſſeſſoris proximitas attendi deberet: quam diſputationem legislator noſter conſopivit. Secundo, quia cum maioratus ingreſſus fuerit lineam Franciſci Correa inſtitutoris nepotis ex facultate data ab inſtitutore in codicillo fol. 18. & iterum fol. 153. verſ. ab illa non debebat exire, dum reperiebantur deſcendentes ex illa; neque non fit tranſitus de linea ad lineam, niſi extincta omnis poſſeſſoris linea, ut eſt vulgare, ex *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 30. ubi additio Caſtilh. quotid. tom. 5. cap. 19. num. 95. & cap. 93. num. 5. Fuſar. de ſubſtit. q. 484. num. 34.* ſemper que linea præferri, & continuari debet, ut per *Mier. de maioratib. 4. p. q. 91. numer. 19. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 49. num. 2. cum ſeqq. Larr. deciſ. 54. num. 1.* plane Actor originarius in linea præfati Franciſci reperitur indubie, ut ex arbore fol. 7. ergo illo vivente, non poterat maioratus ſucceſſio ad Reum originarium devolvi, qui in illa linea non reperitur. Tertio, quia etiam ſi Actor originarius ex fœmina Domina, ſcilicet Eliſabetha procedat, tamẽ ipſe maſculus eſt, & ex perſona propria admitti debet, cum non reperiatur excluſus, ex reſolutione Doctorum admittente maſculos ex fœminis, quin maſculi vocentur; quinimo fœminæ in inſtitutione excludantur. *Caſtilh. tom. 3. cap. 15. num. 57. Martha de ſucceſſion leg. 1. p. q. 1. art. 2. à num. 1.* ex adductis *à Valaſc. Cald. Gam. & Phæb. Larr. deciſ. 34. num. 20. ubi num. 21.* aſſerit, paſſim in tribunalibus pro maſculo ex fœmina pronuntiari, quando in aliqua linea invenitur, ut præferatur alteri lineę, & agnati maſculi, regulariter, non maſculi vocantur, & fœminæ excluduntur ratione ſimplicis maſculinitatis, & ſexum eligendi tanquam adminiſtrationi aptiorem, ut per *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 30. Caſtilh. dict. lib. 5. cap. 92. & cap. 129. num. 37. Larr. dict. deciſ. 34. num. 27.* non vero agnationis cõſervandæ, niſi id ab inſtitutore exprimatur,

tur, vel ex illis conjecturis convincatur.

36 Verum his non obſtantibus, contrarium verius exiſtimo, & Reum originarium jure ad ſucceſſiones admiſſum tanquam maſculum ex maſculis, pro nepotem ſcilicet inſtitutoris Roderici ex nepote Antonio, & filio Stephano, ut in arbore fol. 7. demonſtratur; nam dubitari non poteſt, maioratum hujuſmodi eſſe agnationis, ut ſtatim probibimus; cumque ad illum, nec fœminæ admitti valeant, neque provenientes ex illis, ut pote cognati, & non agnati, ſed ſucceſſio procedere debeat excluſis fœminis, & maſculis ex fœminis, ut per *Surd. conſ.* 67. & *conſ.* 443. *num.* 15. *Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 119. *Caſtilh. lib.* 2. *cap.* 4. *à num.* 76. *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 45. *& ſeqq. & lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 41. & Actor originarius deſcendat ex præfata Domina Eliſabetha, ac proinde cognatus ſit, nullum jus ad ſucceſſores habere certiſſimum duco; ſicut nec eadem Eliſabetha, ex qua procedit, atque nec ex perſona Aviæ, tanquam radice infecta, & reprobata; neque ex perſona propria, cum pari vitio laborare dignoſcatur.

37 Quòd autem maioratus hujuſmodi ſit agnationis, primo oſtenditur ex eo, quòd ita judicatum, & deciſum reperitur per eximios Senatores fol. 170 verſ. & ſeqq. ubi Domina Anna filia ultimi poſſeſſoris Emmanuelis excluſa reperitur, & condemnata reſtituere maioratum, & fructus illius Agnato Franciſco Actori in illo proceſſu, & in hoc Reo originario: quæ quidem ſententia, tanquam lata contra maioratus poſſetricem, alijs omnibus ſubſequentibus, præjudicare debet ex ijs, quæ *Molin. de primogen. lib.* 4. *cap.* 8. *à num.* 1. *Scaccia de ſententia, & re judicata gloſ.* 14. *quæſt.* 12. *num.* 95. *Giurb. deciſ.* 1. *num.* 15. noviſſime *Banonius de citation. quæſt.* 23. *n.* 28.

38 Neque obſtabit, quòd ſententia lata fuerit, jam vita functa poſſetrice; quia ad cauſam citati, & habilitati fuerunt illi hæredes, ipſaque mortua poſt cauſæ concluſionem, quę diſcuſſa plane reperitur; neque colluſio arguitur in poſſetrice, vel illius tutoribus, & hęredibus, ut ſententiæ vires poſſent labefactari, prout reſpondet diſſertus Patronus.

39 Secundo, quia vocantur maſculi in perpetuum, ut fol. 1. verſ. ibi: *A ſeu filho mais velho lidimo baraõ, & aſſim por ſuà linha deſcendente para ſempre*; & ſtatim inferius, ibi: *O ſeu filho baraõ lidimo*, & ibi: *E nam tendo filho baraõ lidimo, que em tal caſo o dito morgado, ſe torne ao meu herdeiro, baraõ lidimo mais velho, & mais chegado, que ahi ouver*; & fol. 13. ibi: *Deſcendo o dito morgado ſempre por ſua linha direita maſculina*; quæ quidem maſculorum vocatio ſæpius à teſtatore repetita agnationis conjecturam præ ſe fert, ut per *Menochio conſ.* 127. *num.* 12. *Surd. conſ.* 316. *num.* 6. *Caſtilh. tom.* 2. *cap.* 4. *à num.* 78. *& tom.* 5. *cap.* 92. *à num.* 2. *& tom.* 6. *cap.* 129. *per tot. Faſar. de ſubſtitut. q.* 199 *num.* 15. *&* 17. *& q.* 311. *n.* 63. *& q.* 346. *num.* 13. *&* 19. *Peregr. de fideicom. art.* 19. *n.* 16.

Tertio, quia fœminæ excluduntur expreſſe à teſtatore dict. fol. 13. ibi: *Sem o poder herdar nenhum baſtardo, nem femea*; quæ excluſio fœminarum perpetua, cum maſculorum vocatione, agnationis conſervandæ magna reputatur conjectura. *Molin. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 9. *Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 2. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 25. *numer.* 26. *Cyriac. controv.* 96 *num.* 18. *& ſeqq.* 40

Quarto, ex prohibitione bonorum ſtabilium facta à teſtatore fol. 17. verſ. quæ ſimul cum vocatione maſculorum in varijs ſubſtitutionibus, & fœminarum excluſione, conjecturam tribuit agnationis conſervandę, ut per *Menoch conſ.* 432. *num.* 6. *Cyriac. dict. controv.* 96. *n.* 22. *Surd conſ.* 96. *num.* 31. ſane non eſt nobis laborandum. 41

Nec obſtat, quòd in hoc maioratu admiſſæ reperiantur fœminæ in aliquo caſu, nempe filiæ Petri Correa primo vocati, ut fol. 12. verſ. inde ſuccedit communis Doctorum reſolutio, quòd admiſſa fœmina in aliquo caſu, agnationis ratio in inſtitutione non conſideratur, ut explanat *Molin. de primog. cap.* 5. *num.* 50. *Giurb. deciſ.* 31. *num.* 15. *Caſtilh. lib.* 2. *cap* 4. *num.* 178. quia reſpondetur, id verum eſſe in dubio, cæterum, quando conſtat teſtatorem agnationes reſpexiſſe; & ſi in aliquo caſu fœminas admiſiſſet, dum illæ non veniunt, agnationem ſemper attendendam fore, ut ipſe *Molin. notat dict. num.* 50. *verſ. ex quibus, ubi additio, verſ. aut agnatio*, aſſerit compatibile eſſe, velle teſtatorem agnationes conſervare incertis perſonis, & non in alijs: referens placet *Molin. dict. ritu nupt. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 144. *qui num.* 147. aſſerit indubitabile, dum pendet caſus admiſſionis fœminarum, agnationem attendendam eſſe, ex *Surd. deciſ.* 74. & *conſ.* 317. *num.* 13. *verſ. & cum teſtatrix*: cum ergo caſus, in quo fęminæ à teſtatore admittebantur, non evenit, quia licet Petrus primo vocatus filios non habuerit, & ſine liberis deceſſerit; dicendum omnino eſt, agnationes ſemper fore attendendas ad 42

exclusionem fæminarum expressas à testatore, & similiter, ut excludantur à fæminis descendentes, tanquam ab infecta radice, ut supra dictum est.

43 Neque secundo obstare poterit, quòd in codicillo fol. 18. & fol. 153. testator succedendi normam in testamento traditam mutavit, unde visus fuit recedere ab exclusione fęminarum, & vocatione masculorum; quia respondetur, quòd testator in codicillo, tantum concessit facultatem eligendi in defectum liberorum Petro primo vocato, in alijs autem voluit testamentum observari, & in illo dispositа patent, ibi: *E quero, que em todas as cousas se cumpra inteiramente*; eaque est natura codicillorum, qui non tendunt ad destructiones totius testamenti, & ob id, si in eis aliquid reformatur de dispositо in testamento, in cæteris censetur confirmatum. *Cæphal. cons.* 67. *num.* 7. *Cyriac. controv.* 168. *num.* 55. *per text. in leg. alumnæ* 30. §. *qui filias, & ibi Bart. ff. adimend. legat. L. tabernam ff fundo instructo, Surd. decis.* 38 *sub num.* 16. *vers. & quod non reperitur*; neque replicari poterit ex verbis ultimis ejusdem codicilli, ibi: *Assim como havia de vir aos descendentes do dito Pedro Correa*; ex quibus desiderat Actor, quòd sicut filiæ Petri Correa à testatore admissæ ad successionem maioratus reperiuntur, ita filiæ electi ab eodem, & cæteræ fæminæ ab illo descendentes: quia facile respondetur, testatorem non dixisse maioratum deventurum ad hæredes electi, prout ad filios Petri eligentis devenire debebat, ut ita fæminæ possint invitari ad successionem; sed prout devenire debebat ad descendentes, inter quos (exceptis filiabus) fæminæ vocatæ non reperiuntur; imo exclusæ, & reprobatæ, ut fol. 12. vers. ibi: *E dahi em diante succeda o seu filho baraõ mayor lidimo, & não esta filha de Pedro Correa, que este morgado ouver de herdar filho lidimo baraõ, que em tal caso, o dito morgado se torne ao meu herdeiro baraõ lidimo mais velho, & mais chegado, que ahi ouver*, juncto ibi fol. 13. *Sem o poder herdar nenhum bastardo, nem femea, sómente se for filha do dito Pedro Correa.* Voluit ergo testator in illis verbis repetere in descendentibus, & hæredibus electi à Petro omnia, quæ dispositа fuerat in institutione maioratus prohibitione alienationis, & quòd masculi semper succederent legitimi, & non Clerici, vel Religiosi, prout in testamento dispositа fuerat, & quòd repræsentatio admitteretur, cæteris de fæminis nullatenus, cum solum filiæ præfacti Petri tali gauderent prærogativa, non vero aliæ descendentes ab eodemmet Petro, ut supra diximus.

Tamen Actori non prodest allegatio do- 44
cti patroni, dum contendit, quòd ex eo, quòd testator admisit in successione istius maioratus fæminam una vice, & adhuc iste casus non evenerat tempore obitus ultimi possessoris Emmanuelis, verificari debuit in persona Elisabethæ sororis illius, ex qua Actor descendit, & à cujus jure successio ambit in hoc processu; quia fæminarum admissio tantum respexit filias Petri primo vocati, & ex illis non potest fieri extensio ad alias contra expressam testatoris voluntatem, ut ex verbis modo citatis manifestum fit ibi: *Sem o poder herdar nenhum bastardo, nem femea, sómente se for filha do dito Pedro Correa*: quod verbum (*sómente*) taxativum est, & omnino extensionem de persona ad personam, & casu ad casum tollit ex *Menoch. cons.* 532. *num.* 8. *Fusar. de subst. q.* 458. *num.* 3. *& q.* 460. *num.* 10. habet enim illa taxativa (*tantum*) annexam negativam implicitam, quoad non expressa. *Tuscus verbo taxativa conclusione* 22. *num.* 1. *Cyriac. controv.* 385. *n.* 25.

Deinde, & si hoc admittendum esset, ad- 45
huc Elisabetha jure destituebatur, quia non erat filia ultimi possessoris, sed soror, atque ita tanquam in gradu dispari, non poterat juvari ex identitate rationis ad hujusmodi extensionem, imo filia ultimi possessoris Domina Anna illam excludebat à successione, tanquam proximior; cumque in præfata Domina Anna casus etiam obvenerit, ut una vice fæmina admitti posset, infeliciter ab Actore prætenditur hoc jure Elisabetham admittendam, quando ab eademmet Anna maioratus fuit possessus post mortem patris ultimi possessoris, & ab illa tanquam possetrice fuerit vendicatus à Francisco, prout in sententia fol. 170. vers.

Ex dictis jam patet responsio ad funda- 46
menta in principio adducta pro Actore: nam ad primum fatemur Actorem non proximiorem, sed cognatum, & descendentem à fæmina exclusa à testatore, ac proinde, & ipsum exclusum proximiorem, aut tunc succedere in maioratu, quando aliunde non reperitur impeditus, nec testator contrarium dispositum. *Ord. dict. tit.* 100. §. 3. *Molin. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 47. *Castilh.* 5. *tom. cap.* 93. §. 13. *n.* 3. *Larr. decis.* 54. *n.* 23.

Ad secundum eodem modo respondetur, 47
lineam finitam reputari, cum in illa masculus ex masculo, atque agnatus repertus non fuerit, unde transitus ad aliam licitus fuit, tunc enim linea continuari debet, quando testa-

teſtator aliud non diſpoſuit, quia ex illius voluntate ſucceſſio regulatur. *Mier.* 4. *p.* q.33.*num.*4. *Mantic. dict.tit.* 18.*numer.* 23. *Larr.ubi proxime num.* 20. linea non qualificata, in qua reperitur agnatus, præfertur naturali, in qua ſolum reperiuntur cognati, quando ad illam voluit teſtator redire maioratum. *Robles de repræſent. lib.* 2. *cap.* 30.*num.* 18. *Valenzuel.conſ.*23.*num.*51. *Paz detenuta cap.*34.*num.*99. *& ſequenti, Larr. dict.n.*20.

48 Tandem ad tertium reſpondetur, fæminam excluſam à teſtatore, omnesque ab illa deſcendentes excluſos etiam remanere, ex *Mier.*2.*p.q.*6.*num.*46. *Molin.lib.*3.*cap.* 5. *num.*47. *Fuſar.q.*404.*num.*6. *Caſtilh.* qui innumeros refert *lib.*3.*cap.*29.*num.*8 *&* 9. maxime quando adeſt maſculus ex maſculo, qui præferendus eſt: *Cæphal.conſ.*581. *num.* 5. *Peregr.art.*26.*num.*17.*verſ.paſſus*; *Fuſar. ubi proxime n.*9. ratio namque, quæ movet ad excluſionem fæminæ, eadem in illius deſcendentibus conſiderari oportet, ut notat *Bald.conſ.*447.*num.*2.*vol.*4. unde cum Eliſabetha, ex qua deſcendit Actor, excluſa reperiatur in excluſione generali fæminarum, & ipſe Actor tanquam ex infecta radice proveniens excluſus cenſeri debet; qui quidem, nec ex perſona propria admitti valet, cum cognatus tamen ſit, & maioratus agnationis, ut ſupra oſtendimus ex conjecturis voluntatem teſtatoris ſatis aperientibus, quando ſucceditur jure agnationis, cognati inhabiles ad ſucceſſiones cenſentur, & vinculum cognationis habetur pro nihilo, ut late proſequitur *Surd.deciſ.*249. *num.*7. & reſolvit *Cyriac.controv.*353.*n.*20.

De Emphyteuſi.

Actorem à ſucceſſione maioratus exclu-
49 ſum vidimus; modo inſpiciendum, an in emphyteuſi oppidi de Bellas meliores nanciſcantur aves? Illam petit Actor in appendice ex inveſtitura, quæ in hoc proceſſu reperitur fol.591. & ex nominationibus fol. 483. & fol.345. an jure, videamus.

Et primo Actoris intentio ex eo ſuadetur; quia morte Emmanuelis emphyteuſis devoluta videtur ad illius filiam Dominam Annam, & iſtius morte intra ætatem pupillarem, ad illius amitam Dominam Eliſabetham, tanquam proximiorem ex ſanguine primi acquirentis Roderici Alfonſi, & ſi Anna non nominaſſet, nec nominare poſſet: quæ Eliſabetha nominavit, & reliqui ſucceſſores, & tandem Actor nominatus reperiatur ad hanc emphyteuſim, in forma inveſtituræ, ad illum emphyteuſis videtur pertinere, ut citato fol.521. verſ.ibi: *E depois de ſeu falecimento, quem elle nomear, & aſſim dahi em diante venha eſte prazo da dita Villa, & heranças aqui apontadas ſucceſſivamente, que hum poſſuidor nomee outro, para depois de ſeu falecimento, & acertando, que algum, ou alguns dos poſſuidores deſte prazo faleção ſem nomear, quem depois delle o tenha, não quero que por iſſo o perca, nem ſaya de ſeus herdeiros, mas que então o ſucceda, & haja o parente mais chegado em grao ao poſſuidor, por cujo falecimento vagar.* Qui quidem tenor inveſtituræ claret, & omnino obſervandus tanquam ſucceſſioni formam præſtans, prout ex *Cap.*1. *§ fin.quid ſit inveſtitura, & in cap.*1.*ibi propter tenorem inveſtituræ de duobus fratribus in uſibus feudorum*, reſolvunt poſt alios *Valaſc. de jure emphyteutic.q.*38.*num.*23. *Cald. de renovat. q.*18.*num.*13. *Roſental.de feud.cap* 1.*concl.* 12.*à num.*1.*ubi littera A.* plures de more refert.

Secundo, quia, & ſi Rodericus in teſta-
50 mento fol.12.verſ.in fin. diſpoſuerit, emphyteuſim hanc maioratui, quem inſtituebat, ita unitam, & vinculatam remanere, ut omnino ad eundem maioratus ſucceſſorem pervenire debebat, unde videbatur Actorem à maioratu excluſum, & ab emphyteuſi excludendum eſſe; tamen illa ſubſtitutio, inquam diſpoſitio, ſubſiſtere non poterat, quia juxta veriorem, & ſaniorem opinionem emphyteuſes etiam perpetuæ vinculari maioratibus nequeunt in præjudicium directi, domini propter laudemiorum privationes, & prælationes in venditionibus, ut poſt alios defendunt *Phæb.deciſ.*5.*à num.*1. *Pereir.de Caſtr.deciſ.*26.*à n.*2.*ex Roland. lib.* 1.*conſ.*96.*n.*11.

Tertio, quia & ſi daremus, emphyteuſes
51 perpetuas vinculari poſſe, prout alij opinantur, tamen id locum habere non poteſt in illis, quæ conceduntur familiæ, & ſunt de pacto, & providentia, ut noſtri illas appellant, propter præjudicium vocatorum in inveſtitura, quibus jus quæſitum reperitur ex acceptatione primi acquirentis, quod ſine eorundem conſenſu auferri nequit, ex ijs, quę *Valaſc.de jure emphyt.quæſt.* 49. *n.* 2. *Cald.de extinction.cap.*20.*à num.* 1. *Gam. deciſ.*5.*num.*7. *& deciſ.*8. *Roſental. cap.* 9. *concl.*65.*num.*14. *Peregr.conſ.* 102. *num.*12. *lib.*4. *Menoch.conſ.*801.*num.*41. Unde non poſſunt maioratui uniri, & fideicõmiſſo cõprehendi, & inter comprehenſos in inveſtitura, ſi illius tenor non obſervatur. *Peregrin.de fideicommiſſ.art.*6.*num.*18. *& conſ.*5. *num.*

num.24.lib.3. Decian.conf.83.num. 26.lib. 4. Cumque Rodericus à tenore investituræ recesserit, & formam succedendi diversam præstiterit, & fœminas, & alios non exclusos à domina concedente excluserit; asserendum videtur, illius voluntatem, & dispositiones sustineri non posse, sed illa non obstante, Actorem admittendum ad emphyteusis successiones ex investituræ tenore.

52 His tamen, & alijs, quę diffuse pro Actore in utraque instantia allegantur, non obstantibus, contrarium verius puto, & emphyteusim ad Reum originarium legitime cum maioratu devolutam, & jure optimo eidem per eximios Senatores adjudicatam, ex sequentibus breviter comprobabimus.

53 Primo, quia ita sententia definitum reperitur, quæ transijt in judicatam rem fol. 175. ibi: *Declaraõ a successaõ do dito morgado, & prazo de Bellas a elle unido, & vinculado, pertencer por falecimento de Manoel Correa ultimo possuidor delle ao A. Francisco Correa*; & fol. 175. vers. ibi: *E por ser bastante a uniaõ, & vinculo do dito prazo de Bellas, sendo feito por o dito Rodrigo Affonso primeiro acquirente em seu testamento, & ultima vontade, com posse do dito Pedro Correa seu filho, & successor, por espaço de quarenta annos, & continuada por dous, ou tres successores, neto, & bisneto do dito Rodrigo Affonso, por mais vinte & nove annos, com que ficou legitimamente precinta a dita annexação do dito prazo.* Quæ quidem sententia lata fuit cum legitimo contradictore, & causa plene hinc inde discussa, & uti talis nocere debet omnibus successoribus, ut supra diximus ex communi Doctorum sententia.

54 Facit confirmatio Regia fol. 151, & seqq. qua præfata sententia à Rege confirmata reperitur non in forma communi, sed ex certa scientia, inserto tenore sententię in eadem confirmatione, ex quo plene informatus Princeps præsumitur de facto, & ejus circunstantijs; quo casu, ex confirmatione suppletur omnis defectus, & purgatur vitium formæ personæ, & solemnitatis; *Oldrad.cons.257.* & non solum actui confirmato tribuitur maior authoritas, excluditur nullitas, & tribuitur jus in re; sed etiam non potest vocari confirmatum sine licentia confirmantis. *Franches.decis.185.n.5. Surd. decis.18 num.5. & decis. 245. n. 6. & cons. 385.n.31. Baptist.Costa in tract.de retrotract. cap 8.casu 6 àn.12.*

55 Secundo, quia emphyteuses perpetuas maioratibus vinculari Senatui tunc temporis placebat, ut per *Gam.decis.70. Cabed. 1.p.decis.130. à num. 1. ex Ripa in L. filius famil.§. Divi num.91.verbo, & Alciat.ff.legatis 1. ibidem in privatis scholijs*, sequutus fuit *insignis Barb.* neque præjudicium domini directi est in consideratione, cum sit secundarium, nec semper certum, sed sub spe alienationis futuræ: quod quidem solummodo ab ipso domino allegari potest, in cujus voluntate est vinculum approbare, ut passim judicamus.

56 Quinimo in præsenti hypothesi Domini directi nullum valet considerari præjudicium, cum illud solum in casu, quo emphyteusis alienatur, considereretur, tam in laudemijs, quàm in prælatione; at vero emphyteusis, de qua contenditur, inalienabilis ex natura sua est, prohibita alienatione in ipsa investitura fol.592. ad fin. ibi: *Não poderàõ nunca partir a dita Villa, nem suas heranças, nem apartar della nenhum Casal, nem outra cousa, nem trocar, nem escambar, nem por alguma outra maneira alhear.* Cum ergo hæc emphyteusis sit perpetua, ut ex investitura f.591. ibi: *Dou de foro em fatiota para sempre*, & inalienabilis, nullum præjudicium sequutum fuit Domino directo, ex eo quòd maioratui vinculata fuit à præfato Roderico, & vinculum sustineri debet.

57 Tertio, quia ista hæc emphyteusis est mixta, & hæreditaria, & de pacto, & providentia, ut contendit doctus Patronus ex illis verbis investiturę fol.591. vers. ibi: *Nem saya de seus herdeiros*: sive simpliciter de pacto, & providentia, ut opinor ex verbis ejusdem investituræ, ibi: *Como elle em sua vida, & os que delle descenderem*; & ibi: *Mas que então succeda, & haia o parente mais chegado em grao ao possuidor, por cujo falecimento vagar.* Utroque casu potuit Rodericus primus acquirens illam maioratui vinculare communi. Primo in casu conveniunt Doctores ex supradictis, cum inter comprehensos in investitura maioratus constituatur: post alios *Cyriac.controv.205. num.* 209. ibi: *Sed quando fideicommissum factum est inter comprehensos, quamvis remotiores, & emphyteusis est hæreditaria, etiam mixta tantum, tunc bona emphyteutica Ecclesiæ, licet non adsit Domini licentia, veniunt in fideicommisso*: cum non ad comprehensos etiam remotiores emphyteusis transferatur, non intelligitur alienatio, sed potius refutatio, nec requiritur licentia Domini, ut idem *Cyriac.* resolvit *controv.533.num.15.* In secundo vero, in quo maior reperitur difficultas, idem resolvendum; quia primus acquirens potest augere, minuere, vel alterare investituræ formam, ficut in feudis re-

58

59

solvit

ſolvit *Giurb. de feudis prælud.* 4. *num.* 40. & in feudo novo poſſe erigi maioratum, aſſerunt *Cæphal. conſ.* 12. *num.* 16. & *conſ.* 152. *num.* 15. *Menoch. conſ.* 151. *Surd. conſ.* 440. *num.* 31. *Giurb. ibi proxime num.* 42. *verbo quod*; tunc non alteratur natura feudi, ſed tamen illud fit, quòd id, quod poterat ad plures tranſire, ad eorum alterum perveniat, & quod acquirere poteſt plures gradus ſubſtitutus facere, feudi formam reſtringendo: quòd autem rite procedat argumentum à feudis ad emphyteuſes, vulgare eſt, ab *Everardo in topicis legalibus loco* 12. *Valaſc. de jur. emphyt. q.* 39. *num.* 19. *Cald. de nominat. emph. q.* 17. *n.* 28. & paſſim.

56

Et in proprijs terminis, quòd primus ac- 58
quirens emphyteuſim novam de pacto, & providentia, poſſit vinculare maioratui, tenent *Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 71. & ab eo citati communem aſſerentes: quod tunc maxime admitti debet, quando emphyteuſis conceſſa proponitur, contemplatione tamen acquirentis. *Giurb. in prælud. feud.* & §. 1. *gloſſ.* 8. *num.* 45. *verſ. cum ipſe fuerit cauſa acquiſitionis, Roſental. cap.* 9. *concl.* 66. *à princip.* (ubi *num.* 49. quòd in dubio intelligitur acquiſitum feudum contemplatione acquirentis, & non filiorum) prout in præſenti hypotheſi, ubi concedens id expreſſit in proœmio inveſtituræ fol. 591. ibi: *Conſiderando eu quanta razaõ, & obrigaçaõ tenho de fazer merces a Rodrigo Affonſo.* Nec aliud evincit, quod Actoris Patronus conſiderat in verbis ſequentibus ibi: *E aſſim conſiderando como elle em ſua vida, & os que delle deſcenderem, devem ſer bons foreiros*, non enim in illis cauſa finalis includitur, ſed ratio quædam ſuaſoria, prout continetur in prioribus verbis relatis, atque ita acquirentis contemplatione emphyteuſim conceſſam, & non filiorum, aut deſcendentium, qui proprijs nominibus non deſignantur, exiſtimo ex ijs, quæ *Gabriel. tit. de jur. emphyteutic. concl.* 2. *num.* 11. *Roſental. dict. concl.* 66. *à n.* 56.

Nec negotium faſceſſit, quòd Doctores 59
requirunt in his terminis Domini directi conſenſum; quia vel in præſenti neceſſarius non fuit, quia nullum illius præjudicium conſiderari valet in eo, quòd hæc emphyteuſis maioratui vincularetur, ut ſupra diximus; vel conſenſum interfuiſſe aſſerendum ex mandato Monaſterij, cujus meminerit Rei patronus in ſuis orationibus n. 145. vel excurſu temporis longiſſimi præſumendum; prout Prætor meritiſſimus aſſerit ex ijs, quę *Flores de Mena variar. q.* 23. *n.* 45. *Roſental. cap.* 5. *concl.* 28. *littera E.* cum non ſit ſolemnitas extrinſeca ex diuturnitate temporis præſumitur *Surd conſ.* 249. *num.* 24. *Mantic. deciſ.* 101. *num.* 2. *Cyriac. controv.* 111. *à num.* 7. ubi *num.* 11. quod præſumitur, at ſi non reperiatur in inſtrumento mentio illius ex *Seraphino deciſ.* 1042. *n.* 3. & alijs, quos refert.

Nec dicatur, quòd hic conſenſus debebat 60
intervenire in eadem maioratus inſtitutione, & quòd poſtea adhibitus prodeſſe non poterat; quia reſpondetur, conſenſum hunc, tanquam requiſitum propter Domini directi præjudicium, & pro forma minime, vel pro perſona integranda, quandocunque potuit adhiberi. *Menoch. conſ.* 1. *num.* 405. *Surd. de alimentis tit.* 1. *q.* 6. *num.* 19. *Gam. deciſ.* 215. *num.* 6. *Roſental. cap.* 9. *membro* 1. *concl.* 28. *num.* 5. & *littera Doctor: Baptiſta Coſta de facti ſcientia, & ignorantia regul.* 18. *n.* 7.

Quibus ſic reſolutis, jam patet reſponſio 61
ad fundamenta pro Actore deducta: nam ad primum reſpondetur, in Eliſabetham nullum jus translatum fuiſſe, obſtante diſpoſitione teſtamentaria primi acquirentis Roderici, nec ex ea inveſtituram fuiſſe immutatam, ſed tantum declaratam, ut in terminis reſpondet *Giurb. dicta gloſſ.* 8. *n.* 54.

Ad ſecundum, quòd tempore inſtitutio- 62
nis, & tempore ſententiæ latę pro Franciſco, illam reſolutionem receptiorem fuiſſe, quòd emphyteuſes perpetuæ poſſent maioratui vincuları, ut ſupra diximus: quod tempus attendendum eſt, & non opiniones poſtea ſubſequutæ, maxime in hac hypotheſi, quando nullum præjudicium Domini directi poteſt conſiderari.

Ad tertium, quòd & ſi hæc emphyteuſis 63
ſit de pacto, & providentia, & non mixta, tamen nova erat, & acquiſita tantum contemplatione primi acquirentis; unde potuit licite vincuları maioratui, vel ſine conſenſu domini, ut pote facta diſpoſitione in comprehenſos in eadem inveſtitura, & abſque ullo Domini prejudicio; vel ex conſenſu illius poſtea ſubſequuto in Monaſterijs mandato citato à patrono, aut ſaltem præſumpto ex temporis diuturnitate; ex quibus avide ſelectis à patronorum eruditis quantumvis diffuſis orationibus Prætorem meritiſſimum confirmare placet, ut ita, & maioratus, & emphyteuſis remaneant penes illos, quibus Patres graviſſimi, quorum ſemper memoria venerabilis erit apud nos, in ſententia fol. 170. verſ. eos adjudicarunt. Vlyſſipone 4. Novembris 1652. Pereira.

Eandem ſententiam ſequutus fuit Doctor Carneyro.

64 Maioratus autem rigorosæ, & veræ agnationis, continet in se alias antecedentes species regularitatis, & irregularitatis primogenij; consanguinitas, ut in prima specie maioratus regularis; masculinitas, ut in maioratu masculinitatis nudæ; Agnatio cum primo vocato, sicuti in maioratu qualificatæ masculinitatis, & artificiosæ agnationis, & in his cum omnibus convenit in aliquibus, & ab omnibus diversificatur, quia ultra relata, requirit aliam qualitatem, in qua ejus essentia consistit, videlicet agnatio cum fundatore, & dicitur factus, quando testator inquit: *Faço morgado de agnaçaõ*, aut loquitur his verbis: *Succeda em este morgado varaõ de varaõ: succedaõ varoens por linha masculina, & nam succedão femeas, nem os varoens dellas*, vel: *Succedão sempre varoens descendentes por linha masculina*: ex quibus censetur probata agnatio vera, & rigorosa, & introducta linea agnationis, ut exemplificat *Roxas de incompat. p. 1. cap. 6. §. 21. num. 306. Rosa consult. 69. num. 51. & seqq. & per tot.*

65 Et loquendo de hac vocatione masculorum multoties reiterata, & multiplicata, ex qua inducatur agnatio, sunt videndi, qui ita tenent: *Aldobrand. cons. 6. num. 43. Reminald. cons. 117. num. 17. lib. 2. Alvarad. de cõject. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 6. Molin de primog. lib. 3. cap. 5. num. 29. & 50. Surd. cons. 316. num. 3. lib. 3. Petra de fideicommiss. q. 9. num. 19. Peregrin. de fideicommiß. art. 25. num. 26. Castilh. lib. 2. contr. cap. 4. num. 78. & seqq. & lib. 5. cap. 92. num. 2. & 3. Paris. cons. 86. num. 30. lib. 2. Gabriel. cons. 97. num. 7. 24. & seqq. lib. 1. & cons. 88. num. 8. lib. 2. Cæphal. cons. 46. num. 27. & 28. lib. 1. & cons. 600. num. 37. lib. 4. Menoch. cons. 95. num. 55. vers. præterea lib. 1. Bursat. cons. 300. num. 63. Decian. cons. 1. num. 185. Fusar. q. 499. num. 17. Bicchius dec. 7. num. 9. Noguerol. alleg. 23. num. 156. Ramon. cons. 15. num. 13. & 14. Sousa dec. 19. num. 4. & 5. Ludovic. dec. 464. num. 16. Othobon. dec. 177. num. 15 Leo dec. 1. n. 37. Andreol. contr. 251. num. 18. Melius quot. observ. forens. dec. 50. num. 21. Mendes in praxi p. 1. lib. 3. cap. 10. num. fin. Alba cons. 366. num. 2. Carena resol. 128. num. 29. Pascal. de virib. patr. potest. 4. p. cap. 9. num. 22. Vela dissert. 49. num. 60. & 62. Bello cons. 160. n. 4. & 5. Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 24. num. 200. Aug. Barb. lib. 1. vot. 7. num. 13. & lib. 2. vot. 70. num. 22. & Larrea dec. 53. num. 9. & dec. 54. num. 6. Thesaur. dec. 96. num. 17. & 18. Giurb. dec. 32. num. 14. Greg. 15 dec. 514. num. 9. & 464. num. 17. tom. 5. apud Rub. sess. 3. p. dec. 254. Peguer. dec. 103. Prato tom. 1. forens. cap. 4. num 22. Add. ad Molin. lib. 3. cap. 5. num. 25. vers. nos vero, Capyc. Latro dec. 127. num. 30. Cutel ad leg. Sicul. notab. 53. Tanaglio de sacr. Audit lib. 1. cap. 6. dec. 17. pag. 109. Cyriac. contr. 638. n. 37. & 38. Rosa consult. 69.* noviter multis citatis, judicatum refert contra filiam, & sororem ultimi possessoris, *Ioseph Vrseol. consult. forens. cap. 60.*

Et loquendo de masculis ex masculis descendentibus per lineam masculinam, quòd ex hac vocatione censeatur contemplata agnatio, & probata, tenent *Palat in repet. text. in cap. per vestras §. 69. num. 34. Paul. de Castr. in L. maritus num. 5. Cod. procurat. & cons. 91. & 190. lib. 2. Menoch. cons. 205. n. 3. 12. & 19. cons. 326. num. 86. Pontano de fideicommiss. art. 21. num. 38. Simon. de præt. de interpret. ult. vol. lib. 3. interpret. 3. solut. 11. num. 3. Gabriel cons. 116. vol. 2. Cæphal. cons. 114. num. 23. Durand. dec 300. Gratian. cap. 901. Marant. tom. 1. respons. 28. Tanagl. d. dec. 17. pag. 106. Gregor. Lop. in L. 2. tit. 6. p. 4 gloss. 1. col. 2. Valenz. cons. 113. & cons. 40. num. 24. & seqq. Castilh. lib. 5. cap. 91. num. 83. & 84. & cap. 143. §. ult. numer. 5. Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 24. num. 196. & seqq. Vela dissert 49. num. 45. & 50. Bicchius dec. Rot. 493. num. 6. & 14. Cald. de nomin. q. 24. num. 85. & seqq. Valasc. de jur. emph. q. 41. num. 5. & seqq. Barbos. vot. 70. num. 28. & appell. 135. num. 18. Rosa d. consult. 69. Vrseol. d. cap. 60.* judicatum refert. 66

Atque ita in hoc maioratu agnationis tãtummodo possunt succedere masculi ex masculis, descendentes per lineam masculinam, licet sint remotiores, & de linea inferiori, & excludunt fæminas, eorumque descendentes, quamvis sint ex linea superiori, & effectiva, filia, & soror ultimi possessoris. *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 150. & n. 62. & 69. & cap. 4. num. 38.* eleganter *Aug. Barb. vot. 7. & num. 15. & seqq. Mier. de maior. 2. p. q. 6. num. 135. Castilh. lib. 2. contr. cap. 4. & tom. 6. cap. 133. num. 18. Gratian. forens. cap. 621. num. 6. & cap. 901. Cutel. dec. seu orat. 29. num. 18. Larrea dec. 51. num. 22. & dec. 53. num. 18. & 26. Cassanat. cons. 47. num. 5. & cons. 50. & 53. Gratian. cap. 621. Peregrin. de fideicommiss. art. 27. num. 20. & cons. 44. num. 28. Menoch. cons. 205. & 836. num. fin. Valenz. cons. 113. num. 51. Caren. resol. 10. num. 17. vers. nam, Tanagl. d. dec. 17. Durand. dec. 126. & 300. Ruin. cons. 120. num. 8. Vela dissert. 49. n. 50. vers. id quod, & num. 70. Fusar. cons. 137. n. 10. & de subst. q. 311. n. 45. Leon lib. 3. dec. 1. num.* 67

*num.*40. *Andreol. contr.* 218. *num.* 13. *Valenz. conſ.*69.*num.*248. *Capan. de fideicommiſſ. maſcul.art.* 1.*inſpect.*2.*&* *art.*3.*inſpect.* 2.*Othobon.dec.*177. *Rovit. conſ.*16.*num.*12. *Marin.reſol.quot.lib.* 2. *cap.* 122. *num.* 2. *Bicchius dec.* 112. *Gallo conſ.* 20. *num* 20. *Fontanel. dec.*36 *num.* 9. *Roſa d. conſ.* 69. *Gam.dec.*354.*&* 355. *Thomat.dec.* 158. & tenent multi alij citati *à Nobis in d.allegatione impreſſa n.*221.*&* *ſeqq.* de qua re vide *Luca de linea legal.art.*16. *Roſa conſult.*69. *& Vrſeol.d.cap.*60. *Altograd.*2.*tom.dec.poſt contr.*68.

68 Et tunc nihil obſtat conſideratio melioris lineę, nec gradus, nec conſanguinitatis proximioris, nec regula, quòd de una linea, in qua intravit ſucceſſio, non fit tranſitus ad aliam, niſi ea extincta; quia hac conſideratione non obſtante, maſculus in his maioratibus irregularibus alterius lineæ excludit fœminam, ejusque deſcendentem, etiam proximiorem, & ejus lineæ, in qua maioratus intravit, quia quæritur linea, ubi ſit maſculus, vel perſona, quæ habet qualitatem à teſtatore requiſitam, ut per hæc verba tenet *Caſtilh.lib.* 5.*contr.cap.*93.*num.* 17.18. 19.*&* 20. *Gratian.cap.*621.*num.* 4. *Caſſanat.conſ.*47.*num.*5. *Molin.de primog. lib.* 3. *cap.*4.*num.*38.*&* *cap.* 10.*num.* 36. *Menoch. conſ*957.*num.*19. *Larrea dec.* 33. *num.*68. *Othobon.dec.*177.*num.*9.*&* *ſeqq.Valenz conſ.* 113.*num.*21.97.99 102. *&* 106. *Caren. reſol.*128.*num.* 13. *&* *reſol.*129.*num.*3. *Fuſar.* 9.385.*num.*30. *Menoch.conſ.* 1006.*num.*8. & probatur ex *text.in cap.* 1. *de eo qui ſibi, & hæred. ſuis, Vrſeol. d. cap.* 60. ubi judicatum.

69 Et ſic maſculus etiam tranſverſalis reſpectu ultimi poſſeſſoris, & de linea remota præcedit fœminæ, ejusque deſcendenti lineæ naturalis, & ſubſtantiæ effectivæ; quia tunc tranſit ſucceſſio ad lineam contentivam qualitatis, & quærit perſonam qualificatam, & maſculum illius, licet ipſe ſit remotior, & fœmina, ejusque deſcendens proximior. *Larrea dec.*54.*num.*20.*verſ. & lineam qualificatam, & dec.*33.*num.* 68. *& dec.*51.*num.*23.*verſ.& deficiente, & n.* 41. *Valenz. conſ.*113.*num.*98.*&* *num.* 101. *verſ. nec obſtat, Caſtilh. ubi ſupra, Surd.conſ.*407. *n.*36.

70 Et loquendo in tranſverſalibus maſculis deſcendentibus ab inſtitutore per lineam maſculinam. *Geovan. conſ.* 65. *per tot. Menoch.conſ.*427.*num.*16.*&* *conſ.*463.*num.*12. *&* *conſ.*924.*num.*3.*&* 22. *&* *conſ* 974. *&* *conſ.*1177.*n.*9. *&* *conſ.*1250.*n.*25. *Caſtilh. d.cap.*93.*n.*24. *&* 42.

Merito enim procedit hæc reſolutio; quia quando inſtitutor vult ad ſucceſſionem lineam qualitatis, non attenditur ad lineam ſubſtantię. *Lara de vit.hom. cap.* 30. *num.* 67. *Valenz. conſ.*23.*num.*51. *Paz de tenut. cap.*34.*n.*99.*&* 100. *Caſtilh.lib.*5.*cap.*92.*n.* 52. *Larrea dec.*54.*n.*20. 71

Et tunc linea maſculorum dicitur linea qualitatis apud *Bald.conſ.*334.*num.*10.*lib.* 3. in qua linea qualitatis non patet locus fœminę lineæ effectivę, & maſculi lineæ qualitatis admittuntur ad inſtar prioris gradus, ut concludit *Matute diſq. leg.* 25. *num.* 12. *Cutel.dec.*26.*lib.*2.*num.* 49. quia hæc linea qualitatis in hoc maioratu irregulari eſt, quæ componitur ex perſonis habentibus illam qualitatem, abſque eo quòd interponatur alia, in qua non reſideat; quia ſi interponatur, jam non erit linea illius qualitatis, quæ requiritur à lege, aut à teſtatore, ut cum alijs tenet *Roxas de incompat. p.* 1.*cap.* 6.*num.*304. atque ita cum hæc deficiat in fœmina proximiori, in ejusque deſcendentibus, veniunt excludendi, & tantummodo admitti debent maſculi ex maſculis per lineam maſculinam deſcendentes, ut concludit *Roſa d. conſ.*69. *per tot. Surd. conſ.* 403. *&* *n.* 25. *Molin.lib.*3. *cap.* 8. *num.* 8. *Mantic. de conject.lib.*8.*tit.* 18. *num.* 5. 19. *&* 54. *Valenz. conſ.*113.*num.*35.*&* *ſeqq.*97.99. 101. *&* 106. licet ſint in remotiori gradu, quàm fœmina eſt; quia tunc proximitas non attenditur reſpectu lineæ, nec gradus ſanguinis, ſed reſpectu ſucceſſionis, & linea, quæ non cauſat prerogativam ſuccedendi, non attenditur, nec etiam gradus, nec ſexus, quando eandem prærogativam non cauſant. *Fuſar.* 9.357.*num.*1. *Peregr.art.*21.*num.* 9. *Giurb. de feud.*§.2.*gloſſ.*13.*num.*33. *&* 34. *Valenz. conſ.*63.*num.*105.*&* 111. *Caſtilh. d.cap.*93. *n.*10.*verſ.& ratio, idem Valenz. conſ.*113.*n.* 97.*&* 99.*&* *ſeqq.* 72

Agnatio enim conſervatur per maſculos, ſicuti per fœminas finitur. *L. pronuntiatio ff. verbor.ſign.Caſtilh.lib.*2. *contr. cap.* 4.*n.* 80. *Andreol.contr.*218. *num.* 10. cum multis *Roſa d.conſ.*69.*num.* 161. Et non conſervatur per deſcendentes ab illegitimis, quia iſti non dicuntur agnati, nec ſuccedunt in maioratu agnationis, ut judicatum refert *Leon* 3.*p.deciſion. Regni Valentiæ* 1.*n.*53.*&* *ſeqq.* ubi etiam inquit, quòd agens tanquam agnatus debet probare agnationem, & eſſe maſculum ex maſculis, & non ſolum eſſe agnatum, ſed etiam legitimum, quamvis non opponatur, ut per hæc verba inquit *Gratian. forenſ.cap.*491.*n.*14. 73

Et licet in maioratu agnationis non poſ- 74

ſint

sint succedere fœminæ, existentibus masculis etiam remotioribus, ut dictum est, nec illegitimi; nihilominus tamen ne maioratus extinguatur, possunt succedere naturales, ut multis citatis tenet *Roxas de incompat.maiorat.p.* 1.*cap.*6.*num.* 128. & multoties judicatum fuit in casibus, de quibus infra *Cap.*45.*per totum.*

Et etiam fœminæ succedere debent, ne
75 maioratus extinguatur, ut late fundat *Ioseph Vela dissert* 49.*per totam*, & etiam contra Coronam, ut judicatum vidi, & dicemus infra.

No feito de Manoel Guedes Pereira cõtra Dona Isabel da Costa, & suas irmãas Dona Guimar, & Dona Francisca da Costa, Escrivaõ o da Coroa Ioaõ Rodriguez Carreiro, se deu a sentença seguinte.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Vistos estes autos, libello do A. Manoel Guedes Pereira, a quem assiste o Procurador da Coroa do dito Senhor, contrariedade da R. Dona Isabel de Gamboa; Mostrase por parte do A. denunciar neste Iuizo das Capellas da Coroa, por vaga huma, que declara em sua denunciaçaõ instituir Antaõ da Costa, & se verifica dos autos ser por erro, por quanto esta Capella foy instituida por D. Leonor da Costa viuva, moradora na banda dalèm, no termo de Almada, da qual o dito Senhor pelo Alvarà junto fez merce ao A. tirando-a à sua custa na fórma do estilo, para cujo effeito veyo nestes autos com o libello, articulando estar a dita Capella vaga por falecimento do Padre Frey Manoel Pacheco, Religioso de Santo Agostinho, ultimo possuidor, que della foy; assim porque a dita instituidora na instituiçam que fez desta Capella, que mandou se lhe fizesse na Igreja de S. Francisco desta Cidade, onde está sepultada, com encargo de missa quotidiana para sempre pela sua alma, de seu marido, & pays a fol. 7. chamou sòmente para administradores os filhos varoens de seus irmaõs, & em defeito destes, & de seus filhos varoens hum parente da sua geraçaõ tambem varaõ, pelo que foy visto excluir as femeas, & nam poder a R. nestes termos como femea ser administradora desta Capella, contra a vontade expressa da instituidora; & tambem porque ainda no caso que a R. nam estivera excluida, & pudera ser admitida, nam he parenta do ultimo possuidor, nem do sangue da instituidora; o que se prova das testemunhas da inquiriçaõ do A. que uniformemente depoem, & provaõ a negativa absoluta, que nunca ouviraõ, que a R. fosse parenta do dito Padre, nem de suas irmãas, nem juraõ que como taes se tratassem, sendo moradores na banda dalèm, onde tambem o eraõ as irmãas do dito Religioso; antes a ellas mesmas ouviraõ confessar por vezes naõ tinhaõ parente algum, que ouvesse de succeder na dita Capella, & por esta causa a dotàraõ a Dom Luis da Costa, como se vè pela doação junta; pelo que tudo se mostrava estar esta Capella vaga, & dever a R. ser condenada na restituiçaõ da quinta de Caparica, & suas pertensas, como bens vinculados pela instituidora a esta Capella, com os frutos da lide contestada a sua real entrega. Mostrase por parte da R. Dona Isabel de Gamboa, ser prima do dito Religioso Frey Manoel Pacheco, & de suas irmãas Dona Isabel da Costa, & Dona Franciscа da Costa, ultimas possuidoras, que foraõ desta Capella, & a quem o A. reconhece por parentas da instituidora; o que se prova por algumas testemunhas de sua inquiriçaõ, que depoem em como o dito Religioso tratava a R. como sua prima, & como tal a nomeava, & visitava, & a sua irmãa, no tempo em que ambas estiveraõ no Recolhimento das Merces, & lhe dizia, porque nam queriaõ hir à banda dalèm ver suas parentas, & com effeito a irmãa da R. fora estar na dita quinta alguns dias, & quando casou antes de se embarcar, fora à dita quinta a despedirse de suas primas, & nesta posse de parentas estiveràõ sempre, & como taes erão commummente tidas, & havidas de todos os que as conheciaõ. E suposto que o dito Religioso, & suas irmãas, depois que a R. & sua irmãa sahirão do Recolhimento, as não quizessem nomear, nem tratar como parentas, na fórma que depoem as testemunhas do A. foy porque obrigadas da pobreza viveraõ menos lembradas da obrigaçaõ de quem eraõ: bastante motivo para que as ditas primas da R. sendo mulheres nobres, as desconhecessem, & negassem de parentas; & este defeito que o A. nam servindo para o seu intento injustamente lhes poz em autos publicos, serve agora à R. de apurar mais a sua verdade, & de qualificar a causa que as ditas suas parentas tiveraõ para a negarem de parenta, & de fazer a Dom Luis da Costa a dita doação, não sendo seu parente. Mostrase pelo instrumento de testemunhas tiradas no anno de 1647. ser a R. filha legitima de Ioaõ Sanches Peres, & Dona Ignes da Costa neta de Antão da Costa, & de sua mulher Dona Isabel de Gamboa; o qual Antão da Costa foy hum dos chamados na dita instituição, de quem tambem erão netos o dito Religioso, & suas irmãas, por serem filhos de Ieronymo Pacheco da Costa, que foy filho do dito Antão da Costa Homem, & ella R. filha de Dona Ignes da Costa,

Coſta, que tambem foy filha do dito Antaõ da Coſta, & por eſta razão fica ſendo prima direita do dito Religioſo, & de ſuas irmãas; & que o dito Antão da Coſta foße caſado com Dona Iſabel de Gamboa, da qual ouve os ditos filhos, conſta tambem pela petiçaõ, & juſtificaçaõ, & ainda que a prova das ditas teſtemunhas não poſſa prejudicar à parte, que não foi citada para as ver jurar, como eſtas deponhão do tempo mais proximo ao em que viverão os pays, & avos da R. ſobre parenteſco antigo, que de Direito ſe reputa de difficil prova, & ſe pòde verifícar por conjecturas, neſte caſo reſulta do dito inſtrumento huma grande preſumpção, & vehemente conjectura, de que a R. he filha, & neta dos ſobreditos pays, principalmente articulando-o aſſim na ſua contrariedade, & não o impugnando o A. pois não prova, nem articula que ella ſeja neta de differentes avos, & ſòmente contradiz o parenteſco pela negativa abſoluta, de que a R. nunca fora tida, & havida por parenta do dito Religioſo, & de ſuas irmãas, do que tudo reſultava ſer ella R. parenta, & do ſangue da inſtituidora, termos em que lhe nam prejudicava a fórma da inſtituição, & repetidas vocaçoens, que a inſtituidora ſempre fez de varoens ainda remotos; por quanto a excluſaõ das femeas neſte caſo ſó pòde ſubſiſtir em quanto ouver macho, ainda que mais remoto, mas não na falta, & extinção de todos os machos, como no caſo preſente, em que não exiſte nenhum, o que o meſmo A. confeſſa, pelo que ſenão podia haver por vaga eſta Capella, & devia ella R. ſer abſoluta do pedido pelo A. O que tudo viſto, & o mais dos autos, diſpoſiçaõ de Direito neſte caſo, conforme a qual nam ſe provando por parte do A. concludentemente não ſer a R. parenta das ultimas poſſuidoras deſta Capella, mais que pela negativa abſoluta, de que a R. nam era tida, nem havida por tal, o que não baſta, principalmente provandoſe o contrario por parte da R. com aquella prova, que de Direito neſte caſo ſe admite, da qual conſta ſer a R. parenta das ultimas poſſuidoras, & do ſangue da inſtituidora, & neſtes termos lhe não prejudica as clauſulas da inſtituiçaõ, que ſupoſto que por ellas chame a inſtituidora ſempre machos por linha direita, & ſe entenda deſtas clauſulas ſer eſta Capella de agnação, com tudo a excluſaõ das femeas tem ſó lugar no caſo que ouvera algum agnado, ou varaõ, mas não na falta, & extinção total de todos os machos, porque neſtes termos ſe admitem as femeas pela perpetuidade dos morgados, & tendo eſta regra lugar em qualquer inſtituidor, à fortiori neſta Capella inſtituida por femea, da qual ſe não pòde preſumir, que neſte caſo quizeſſe, que antes foße eſta Capella a hum eſtranho, que à R. ſua parenta, & do ſeu ſangue, porque não he juſto, que aborreceſſe o ſeu meſmo ſexo; por tanto julgão não eſtar vaga eſta Capella, & abſolvem a R. do pedido pelo A. ao qual condenão nas cuſtas dos autos. Lisboa 16. de Março de 1683. Motta, Doutor Freyre, Pereyra, Quifel, Vellez. Fui preſente Vanveſſem, Pinheiro.

CAP. XVI.

De maſculorum ex fæminis excluſione, vel incluſione, & quando ſuccedere debeant vel non, aut cenſeantur excluſi, vel incluſi in maioratus ſucceſſione?

SVMMARIVM.

1 *Maſculi ex fæminis lineæ effectivæ, quando vocantur maſculi, præferentiam habent omnibus maſculis ex maſculis alterius lineæ.*

2 *Maſculorum excluſio eſt odioſa, & potius quàm fæminarum, & ad hoc ut cenſeantur excluſi, neceſſariæ ſunt evidentiſſimæ probationes, ita ut in dubio illi ſemper ſint admittendi, & verba teſtamenti interpretari debent, ut illi minime excluſi dicantur.*

3 *Ad excluſionem maſculorum requiruntur evidentes conjecturæ.*

4 *Si mater excluſa ſit viva, maſculus licet ex fæmina veniat, ex propria perſona admitti poteſt, & n. 5.*

6 *Maſculus ex famina cenſetur excluſus, aut expreſſe, aut tacite per conjecturas à jure approbatas, & quando mater eſt excluſa, etiam filius cenſetur excluſus, & quare.*

7 *Maxime quando vocatur ſemper linea maſculina, & ex illa maſculus.*

8 *Contrarium refertur.*

9 *Linea maſculina tripliciter conſiderari poteſt, & quomodo exemplificatur num. 10. & 11.*

12 *Maſculus filius ex filia maſculi poſſeſſoris, an poſſit dici de linea maſculina.*

13 *Componitur controverſia cum diſtinctione.*

14 *An excluſa matre, aut patre, cenſeantur*

excluſi filij, aut deſcendentes, & nn. ſeqq.

19 *Maſculus ex fœmina, quando, & quomodo veniat ex propria perſona, & n.* 20. *explicatur.*

21 *Quando maſculus deſcendit ex duabus fœminis, & concurrit cum alio deſcendente ex una, quis præferendus ſit in maioratus ſucceſſione, & agnationis, & n.* 22.

23 *An excluſa aliqua fœmina, aut maſculo, ex eo quòd ex maculato ſanguine ducat originem, vel quod cum viro, aut fœmina impuri ſanguinis matrimonium contraxerit, filius, & deſcendens cenſeatur perpetuo excluſi, & quomodo, & quando.*

1 LIcet maſculi ex fœminis lineæ effectivæ, quando vocantur maſculi, prę ferentiam habeant omnibus maſculis ex maſculis alterius lineæ, & gradus, ut fatentur omnes citati *Cap.* 12. & multis citatis tenet *Ioſeph Altograd. 2. tom. contr* 68 *n.* 5. *&* 75.

2 Quia eorum excluſio eſt odioſa, ut ex *Molin.* tenet *Roſa conſult.* 69. *n.* 203. *verſ. quod ex alia, ex Gratian. forenſ. cap.* 9 *num.* 10. *Ioſeph Altograd. contr.* 68. *num.* 75. & magis quàm fœminarum; *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 8. *num.* 1. junctis que *Cyriac. contr.* 653. *num.* 4. *Menoch. conſ.* 472. *num.* 3. *& conſ.* 926. *num.* 17. *& conſ.* 1040. *n.* 16. *Bald. in L.* 1. *Cod. unde cogn.* adeo ut ad excluſionem illorum neceſſariæ ſint evidentiſſimæ probationes, ita ut in dubio illi ſemper ſint admittendi, & verba teſtamenti interpretari debeant, ut illi minime excluſi dicantur. *Larrea dec.* 34. *num* 19. *Caſtilh. lib.* 5. *cap.* 129. *num.* 5. 6. 55. 56. *& cap.* 133. *num.* 18. *verſ. eſt tamen, Ioſeph Altogr.* 2. *tom. d. contr.* 68 *num.* 4. *Souſa in L. fœminæ n.* 47. *p.* 1. *Roxas de incompat. maior. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 319. 320. *&* 324. atque ita expreſſa inſtitutoris voluntas. *Caſſanat. conſ.* 4. *num.* 293. *& num.* 87. ibi: *Sed mihi videtur in deſcendentibus inſtitutoris maiori cum ratione deſiderari qualitatis, maſculinitatis, cum agatur de removendis filiabus, & deſcendentibus ex eis à ſucceſſione aſcendentis, quo caſu à jure deſideratur expreſſa voluntas.*

3 Conjecturæ que evidentes. *Menoch. conſ.* 802. *num.* 31. *Fuſar. q.* 385. *num.* 39. *Marin. quot. lib.* 2. *cap.* 126. *num.* 37. *Altograd. contr.* 38. *num.* 4. *& contr.* 68. *num.* 4. *in fin. &* 9. *& ſeqq.* de conjecturis illis admittentibus, ſine quibus non poteſt obtinere contra maſculum ex fœmina proximiorem, & ex meliori linea, qui habet pro ſe regulam. *Molin. lib.* 3. *de primog. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 32. *& ibi Add. antiqua, & nova, Maldonado num.* 32. *Valenz. conſ.* 97. *num.* 71. *&* 72. *Giurb. conſ.* 20. *n.* 5.

4 Et ſi mater excluſa ſit viva, quia licet ex fœmina veniat, non quia ex perſona matris, quæ propter ſexum excluditur, ſed ex propria perſona, in qua ratio excluſionis non militat, cum ſit maſculus, nihil ei officit, quòd mater excluſa vivat, vel non, cum adhuc vivens nullum ipſi faciat obſtaculum. *Valenz. conſ.* 97. *num.* 125. *&* 126. *Larrea dec.* 34 *num.* 11. *&* *dec.* 51. *num.* 7. *Fuſar. conſ.* 19. *num.* 17. *Caſtilh. contr. lib.* 6. *cap.* 129. *num.* 13. *&* *cap.* 130. *Roſa conſ.* 69. *num.* 26. *Altograd. d. contr.* 68 *num.* 3. 6. *&* 7. qui loquitur reſpectu matris vivæ, & *Alba conſ.* 86. *&* 87. *Ruin. conſ.* 167. *num.* 7. *lib.* 3. *Roland. conſ.* 76. *num.* 15. *vol.* 3. deciſum refert *Guid. dec.* 612. *Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 26. *num.* 17. *Larrea d. dec.* 34. *num.* 37. *Caſtilh. d. cap.* 129. *num.* 17. *Menoch. conſ.* 986. *num.* 41. *Pereir. infra num.* 39. *Mantic. lib.* 8 *de conjectur. tit.* 18. *num.* 48. & reſpectu matris mortuæ. *Caſtilh. d. cap.* 129. *& n.* 6. *Valenz. conſ.* 97. *n.* 130. *Altograd. conſ.* 66. *n.* 1. *Bellon. conſ.* 72. *&* 73.

5 Poteſt enim in hoc caſu ſuccedere, ut maſculus ex propria perſona, & non ut filius fœminæ, ſed poſſe uti maſculus, & deſcendens à poſſeſſore, aut primogenito, & primo vocato. *Caſtilh. d. cap.* 129. *uſque ad* 133. *Valenz. d. conſ.* 97. *num.* 130. *Altograd. conſ.* 65. *num.* 1. *tom.* 2. *& alter contr.* 68. *per tot. & contr.* 38. *&* 40. *Valaſc. de jur. emph. q.* 41. *num.* 5. *Souſa in L. fœminæ p.* 1. *n.* 47. *Phæb. dec.* 44. *num.* 11. *Larrea dec.* 34. *num.* 31. 34. *& num.* 58. *& ſeqq. &* *num.* 59. *& n.* 60. rationem præſtat optime *Add. ad Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 51. *verſ. in qua materia, Bart. in L. liberorum num.* 16. *ff. verbor. ſign. Peregrin. conſ.* 5. *n.* 14. *& conſ.* 6. *num.* 2. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 133. *num.* 25. *& conſ.* 185. *num.* 17. *&* 18. *Paſcal. de virib. patr. poteſt.* 4. *p. cap.* 9. *num.* 32. *&* 33. *Gratian. forenſ. cap.* 785. *Menoch. conſ.* 802. *num.* 52. *& conſ.* 986. *num.* 41. *Rota apud Farin. dec.* 15. *num.* 6. *&* 7. *p.* 2. *&* *dec.* 463. *num.* 9. 14. *&* 15. *p.* 1. *Pereir. de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 47. *& ſeqq. Alciat. reſponſ* 8. *num.* 42. *& reſponſ.* 34. *num.* 8. *Raudenſ. conſ.* 138. *num.* 139. *lib.* 2. *Alba conſ.* 87. *num.* 9. *Ruin. conſ.* 49. *num.* 6 *lib.* 1. *Pinel in L. ſi viva matre num.* 19. *Greg. Lop. in L.* 3. *tit.* 13. *part.* 6. *verb. mugeres, Caſtilh. lib.* 2. *contr. cap.* 15. *n.* 59. *Valenz. conſ.* 97. *num.* 130. *& ſeqq.* ubi eleganter.

Nihilominus maſculus ex fœmina cenſetur excluſus, aut expreſſe, aut tacite per conjecturas à jure approbatas, ut tenent citati; & quando mater eſt excluſa, etiam filius cenſetur excluſus, ut expreſſe ſequendo juris

juris reſolutionem, in qua ita cavetur, diſponit *Ord. noſtra lib* 3. *tit.* 35. §. 14. ibi : *Porque achava por Direito , que pois a filha de que o tal legitimo varaõ deſcendeo, nam podia haver a dita terra ſegundo Direito commum, a dita terra nam podia fazer ſalto a ſeu deſcendente varão.* Quæ *Ord.* licet loquatur in bonis Coronæ, extra illa approbavit opinionem DD. ſecundum quam matre excluſa filius non poteſt ſuccedere, ut tenet *Barb. in L.* 2. §. *videndum in fine ff. ad Senat. conſ. Trebel. & in L. liberorum num.* 14. *ff. verbor. ſign.* ſequntus cum alijs *à Barb. vot.* 7. *num.* 15. *& ſeqq. & vot.* 70. *num.* 12. *& ſeqq.* & ultra eos *Souſa in d. L. fæminæ num.* 41. *Robles de repræſ. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 42. *Menoch. conſ.* 172. *& conſ.* 976. *num.* 4. *Surd. conſ.* 316. *n.* 7. *& conſ.* 573. *num.* 17. *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 41. *Peregrin. de fideicõmiſſ art.* 27. *num.* 18. *Caſſan. conſ.* 47. *num.* 1. *Gratian. forenſ. cap.* 621. *num.* 3. *& cap.* 999. *numer.* 2. *Pereir. dec.* 59. *num.* 5. *Larrea dec.* 34. *num.* 7. *& 23. & dec.* 51. *num.* 2. *&* 18. *Noguerol. alleg.* 22. *num.* 155. *Fuſar. q.* 347. *num.* 42. *Barb. appell.* 135. *num.* 19. *Cyriac. forenſ. contr.* 8. *n.* 17. *&* 19. *& contr.* 9. *Vela differt.* 49. *num.* 58. *& ſeqq. Caſtilh. lib.* 6 *cap.* 143. § *unic. n.* 12. *Valenz. conſ.* 40 *num.* 27. *& conſ.* 113. *num.* 23. *& ſeqq. Pariſ. conſ.* 22. *Burſ. conſ.* 20. *Cald. de renov. q.* 24. *num.* 85. *Valaſc. de jur. emph. q.* 41. *num.* 5. *Molin. d. q.* 24. *num.* 193. *Thomat. dec.* 158. *Fuſar. q.* 404. *num.* 5. *& q.* 468. *Ramon. conſ.* 15. *num.* 52. *Roſa conſ.* 69. qui loquuntur in agnationis maioratu.

7 Maxime quando vocatur ſemper linea maſculina, & ex illa maſculus; quo in caſu cenſetur etiam excluſus maſculus ex fæmina, licet illa ſit ex linea, maſculus ex illa eſt ex linea fœminina. *Paul. de Caſtr. conſ.* 192. *num.* 14. *lib.* 2. *& conſ.* 90. *num.* 30. *&* 31. *Gabriel conſ.* 90. *lib.* 1. *num.* 30. *&* 31. *Valenz. conſ.* 97. *num.* 167. *Barb. appell.* 135. *num.* 20. *Menoch. conſ.* 205. *Gratian. cap.* 901. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 38. *& lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 69. *& lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 69. *Thomat. dec.* 158. *num.* 3. *& alij citati num. & late Roſa conſ.* 69. *num.* 198. *& ſeqq. & per tot. Luca de linea legal. art.* 12. *n.* 56. *& ſeqq. Aug. Barb. vot.* 7. *n.* 15. *& ſeqq.*

8 Contrarium tenet *ex Menoch. conſ.* 205. *num.* 30. *Bellon conſ.* 73. *num.* 34. reſpondens pro maſculo ex fæmina, ibi : *Secundo reſpondeo lineæ maſculinæ appellationem eſſe ambiguam, & interdum ſumi pro deſcendentibus maſculis, & num.* 37. quòd deſcendentes ex fœminis etiam dicuntur de linea maſculina, aut per lineam maſculinam, ex *Beroi conſ.* 77. *num.* 15. *vol.* 2. *Honded. conſ.* 4. *n.* 20. *vol.* 1. & non obſtante hac vocatione judicatum fuit pro maſculo fæminæ in ſententia de qua *num.* 4. *& ſeqq. Cap.* 15. *Valenz. conſ.* 97. *n.* 128.

Nam linea maſculina tripliciter conſide- 9
rari poteſt in diſponente. Primo modo, lineam agnationis ſignificando , quæ formatur de maſculis, in maſculis. *Souſa in L. fœmina num.* 30. *verſ. hæc autem ſententia, & num.* 47. *verſ. ſecus, & verſ. hic caſus, Gregor. Lop. in L.* 2. *tit.* 6. *part.* 4. *verb. linea de parenteſco.*

Secundo modo, nominando lineam maſ- 10
culinam, per ſuam originalem productionem, ſine conſideratione ad progreſſionem, ſed tantummodo ad principium : quæ ex origine filij maſculi proprie vocatur linea maſculina. *DD. in L. Gallus §. nunc de lege ff. lib. & poſth. Pariſ. conſ.* 40. *num.* 43. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 98. *num.* 1. *Menoch. conſ.* 379. *num.* 27. *& conſ.* 916. *num.* 15. *& conſ.* 153. *num.* 9. *Burg. de Paz conſ.* 29. *num.* 27. *Fuſar. q.* 346. *n.* 24. *Valaſc. de iuſta Acclam* 2. *p. punct.* 1. §. 1. *n.* 29. *verſ. lineam maſculinam.*

Tertio modo, conſiderato ipſius lineæ 11
principio , at cum differentia circa vocationis ordinem deſcendentis maſculi, non ex agnationis qualitate, ſed ex ſexus prærogativa, quę proprie dicitur linea maſculina, non qualitatis agnationis, ſed de nuda , & ſimplici maſculinitate, quæ per ſuam originem, & continuationem, habens tractum ſucceſſivum ex primogenituræ jure , facta unione unius deſcendentis cum altero ratione ſexus, ſublata de medio fæmina , eodem modo, qui obſervatur in linea qualitatis agnatitia, manet linea maſculina ratione ſexus, ut tenet *Bald. conſ.* 331. *num.* 10. *lib.* 3. & omnes relati; atque ita in his terminis ſecundum primum, & ſecundum caſum maſculus ex fœmina comprehenditur in vocatione lineę maſculinæ, in maſculinitatis nudæ maioratu, non vero in qualificato; quia cum tunc maioratus non ſit agnatitius, ſed maſculinitatis nudæ, non poteſt intelligi, teſtatorem voluiſſe lineam maſculinam cenſendam eſſe de maſculis ex maſculis, ſed de maſculis ex fœminis ſecundum maioratus naturam, ex qua intelligitur vocare lineam maſculinam. *Cyriac. contr.* 205. *num.* 34. *& contr.* 522. *num.* 99. *verſ. unde Rovit. conſ.* 40. *num.* 5. *& ſeqq. Surd. conſ.* 279. *num.* 12. *Larrea dec.* 32. *num.* 29. atque ita ſolum intelligi debet de linea maſculina , ſexusque ſolum attenditur in maſculinitatis maioratu , & quam teſtator voluit admitti , & non aliam. *Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 17. *& n.* 33. *Surd. conſ.* 453. *n.* 55. *verſ. Et verba.*

12 Et masculus in hoc casu filius ex filia masculi possessoris potest dici de linea masculina, de qua est mater, & de linea masculina illius, & avi. *Cyriac. contr. 281. num. 89. & contr. 365. num. 29. & 30. vers. saltem, Menoch. cons. 1122. n. 15. vers. filiam, Ramon cons. 15. n. 73. vers. dicitur, idē Menoch. cons. 1212. num. 24.* & rationem præstat *Castilh. d. cap. 133. num. 1. vers. nec, & Valenz. cons. 9. num. 193. Rovit. cons. 40. num. 24. vers. quod, Vela dissert. 49 num. 99.* optime in terminis *Valenz. cons. 87. aliàs 97. num. 151. Cyriac. contr. 521. n. 37. Honded. cons. 4. n. 20. lib. 1.*

13 In quo conflictu opinionum distinguendum esse puto inter casum, in quo maioratus est masculinitatis simplicis, in quo vocantur descendentes, aut filij per lineam masculinam; & inter casum, in quo maioratus est masculinitatis qualificatæ, in quo vocantur filij, & descendentes masculi per lineam masculinam, ita ut sensus sit, quòd in isto casu procedat prima opinio, quia requiritur utraque qualitas, scilicet masculus, & de linea masculina qualificata, ut diximus *num. & seqq.* at vero in illo casu masculinitatis nudæ, in quo vocatur linea masculina, sine additione masculorum, procedat secunda opinio, & in hoc casu intellecta fuerunt dicta verba in sententia relata *n.* & ita mihi videtur componendam esse hanc controversiam, quia ultra supra dicta linea masculina potest intelligi duobus modis; vel continuative, quę componitur tantummodo de masculis ex masculis, tam in origine, quàm in continuatione, de qua loquimur in secundo casu, & secundum primam opinionem; aut initiative, de qua loquimur in primo casu, & secundum ultimam opinionem, in quo linea masculina significat linea, quæ cępit in masculo, & producit causam, & originem illius, habens tantummodo relationem ad suam originem, principiumque, & in hoc sensu, tam fœminæ, quàm illarum descendentes sunt proprie de linea masculina primi masculi, qui dedit lineæ principium. Ita docet, & distinguit *Alex. in L. Gallus §. nunc de lege ff. de liber. & posth. num. 3. idem cons. 43. lib. 3. col. 2. vers. sed præmissis, & cons. 57. num. 5. lib. 6. Castrens. in L. Maritus Cod. de procur. & cons. 91. num. 4. Menoch. cons. 106. n. 216. lib. 2. Raudens. de annalog. lib. 1. cap. 19. n. 6. Peregrin. de fideicōmiss. art. 22. num. 4. Beroi cons. 77. num. 14. & 15. vol. 2.* eleganter *Honded. cons. 4. num. 20 lib. 1. Galvan. cons. 11. num. 23.* ibi: *Masculi isti descendentes ex Domina Camila, quæ à Domino Aloisio patre, & sic à linea masculina patris originem traxit, de linea masculina, ut ipsa, ad hunc effectum intelligi debent. Bellon. cons. 73. n. 33. Burg. de Paz cons. 29. num. 29. Bursat. cons. 228. num. 28. lib. 3. Rosental. de feud. cap. 7. concl. 37. num. 3. p. 1. Cujac. in tit. de feud tit. 12. de succes. feud. patern. Sousa in L. fœminæ num. 26. Valasc. de just. Acclam. 2. p. punct. 1. num. 19. Sousa in Lusit. liber. lib. 1. cap. 10. n. 21.*

14 At verò in hac exclusionis materia, & in illa quæstione, an exclusa matre, aut patre, censeantur exclusi ejus descendentes, distinguendum est; & dicendum, quòd quando una persona excluditur à successione, & succedere prohibetur indistincte, & absolute, omnes ab ea descendentes perpetuò exclusi censentur à maioratus successione, ut tenent citati supra, & ultra eos *Roxas de incompat. maior. p. 4. cap. 6. num. 51. ubi de exclusione odij:* de qua re *Aug. Barb. vot. 7. num. 15. & seqq.*

15 At vero quādo causa exclusionis matris, non æque viget in filio, quia persona matris aliàs habilis ad succedendum excluditur ex aliquo casu, vel qualitate, quæ non æque militat in filio, tunc potest filius succedere ex propria persona, & vocatione, & ei non nocet exclusio matris, aut patris, ut tenent citati *supra, &* judicatum refert *Roxas ubi supra n. 52.*

16 Quæ dicta sunt, procedunt in maioratu simplicis masculinitatis, non vero puræ, aut agnationis, aut artificioſę consideratæ in fœminę favorem post masculos extinctos, quia exclusa fęmina propter masculos ex masculis, omnes ejus descendentes censentur exclusi, *Cap. 1. §. hoc autem de his qui feud. dar. poss. Peregrin. de fideicōmiss. art. 26. num. 4. Menoch. cons. 172. num. 15. Tiraq. de primog. q. 12. num. 12. Molin. lib. 3. de primog. cap. 5. num. 45. & 46. Mier. de maior. 2. p. q. 6. n. 220. Giurb. de feud. §. 1. gloss. 8. n. 16. in fine, & §. 2. gloss. 6. n. 6.*

17 Nam quotiescunque consideratur agnatio, masculus ex fœmina censetur exclusus sicuti mater, quia non dicitur masculus in concursu masculi ex masculo. *Aguirre de succes. Regn. Portug. p. 3. num. 24. & 28. Altograd. cons. 63. num. 8. 9. & 10. tom. 2. Fab. de Anna cons. 53. num. 117. lib. 1. Menoch. cons. 973. & 976. Prato forens. cap. 4. n. 27. & 28. Lara de vita homin. cap. 30. n. 72.*

18 Et sicut masculus ille agnatus fœminæ præfertur, ita & masculo ex eadem fœmina, ut post alios docet *Camil. de Larata p. 9. de lucid. 82. num. 6. pag. 426.* Et quando aliquis excluditur propter favorem masculi, & agnationis,

nationis, excluduntur omnes illius descendentes. *Fabius de Anna conf.92.num.68.lib.1.Castilh.lib.5. contr. tom. 6.cap. 129.num.30.*

19 Et licet masculus ex fœmina non veniat ad successionem repræsentative, ex persona matris, sed ex propria persona, uti masculus descendens à primis maioratus acquisitoribus, ut tenent citati *supra*, & ultra eos *Honded.conf.72.num.42.& seqq. lib.1. Gut. lib.3.pract.q.67.num.20. Menoch.conf. 802. n.51.& 52. Molin.lib.3.cap.5.num. 39. & 41. & ibi Add.num. 51. vers. in qua materia, Castilh.lib.2.contr.cap.4.*

Tamen hæc consideratio non obstat præ-
latę à *Roxas d.cap* 6.*num.*43. quòd licet filius ſit ex una parte excluſus, & ex capite unde liberi; admittitur tamen ex alio capite unde agnati,& cognati, *ex L.*1.§. *ſed videndum ff. de ſucceſſor.edict.* quia reſpondetur ibi admitti filium ex ſecundo capite ad recuperandum quod amiſit ex primo, aut propter repudiationem, aut propter omiſſionem petitionis poſſeſſionis intra tempus deſtinatum ex illo capite; quę ſunt cauſæ cauſatæ particulariter ab ipſo filio,limitatæ,& reſtrictæ ad illud caput, & nullo modo excluſivæ ſequentium: at vero in noſtro caſu contrarium invenitur,quia non ſuccedere fœmina ſicuti deſcendens à poſſeſſore, non fuit quia illa noluit,aut omiſit petitionem, non curavitque petere,ſed quia invenitur excluſa, tam ex primo capite filiæ,quàm etiam ex ſecundo capite conſanguinitatis; atque ita edictum ſucceſſorium, beneficiumque Prætoris, nunquam excluſis, aut exhæredatis conceditur,ut in *L. non putavit* 8. *ff.bonor. poſſeſſ.contra tabulas*;quia ei reſiſtit voluntas inſtitutoris, cum qua Lex ſemper videtur ſe conformare, concedens ſucceſſionem abinteſtato illi, cui veriſimiliter teſtator reliquiſſet, ut docet *I. C. in L. conficiuntur in principio de jure codicillor.*ibi: *Sed ideo fideicõmiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentibus, quoniam creditur Pfamilias ſponte ſua his relinquere legitimam hæreditatem.* Eleganter exornat *Petr. Gregor.ſyntagm.jur.*3.*p.lib.*41.*cap.*1.*n.*7. Quare non poteſt excluſus,aut exhęredatus venire ad ſucceſſionem,ut inquit *Angel.in authentic.de nuptijs ingratitudinem num.*1.*verſic. ex hac lectura,* ibi: *Propterea non poterit exhæredatus venire ad ſucceſſionem.* Nec poteſt recuperare ex vocatione generali fœmina ſucceſſionem amiſſam ex capite ſpeciali excluſionis, *L.cohæredi* §. *cui patrem ff. vulgar.Larr.dec.*54.*num.*8.*Fuſar. de ſubſtit. q.*605.*num.* 40. ideoque debet obſervari excluſio fœminarum facta ab inſtitutore. *Ord. lib.*4.*tit.* 100.§.3. ut tenet *Roxas p.*5.*cap.*1. *num.*25 ubi ita concludit his verbis: *Tertia & ultima concluſio eſt; quando fœminæ excluduntur ſimpliciter,& abſolute, non conditionaliter, nec ad tempus,ut in ſecunda concluſione, quo caſu omnes fatentur, non ſuſpendi, ſed eradicari omnino à ſexu fœmineo*

potentiam succedendi, & consequenter etiam deficientibus masculis non est talis sexus idoneus, nec successibilis : & ad hoc allegat *Addentes ad Molin. lib. 3. cap. 5. n. 30. usque ad 38. vers. Tertia.*

100 Atque ita solum potest comprehendi in generali vocatione masculus ex fœmina vocatus, licet remotior, & non fœmina exclusa; quia in generali dispositione institutoris, aut testantis non comprehenduntur ij, quorum specialis exclusio facta fuit, ut tradit *Roman. cons.* 438. *num.* 6. ubi tenet singulariter, quòd filius exclusus, aut exhæredatus etiam bona mente juxta *text. in L. multæ ff. de liber. & posthum.* non comprehenditur in generali vocatione. *Iazon. in L doli num.* 1. *ff. verbor. obligat.* ubi dicit; quòd id, quod specialiter excluditur, non includitur sub generali sermone *Gloss. notabilis in L. siquis priore ff. ad Trebell. verb. specialiter*, ubi inquit; quod si quis aliquid relictum in primo testamento specialiter adimit, & in secundo testamento confirmavit generaliter scripta in primo, talis confirmatio non includit, quod specialiter ademptum est; & ibi sequitur *Bartol.* & plures referens *Surd. cons.* 59. *num.* 16. *lib.* 1. *& dec.* 38. *num.* 10. *vers. nec secundum*, ubi rationem præstat; quia illa generalis confirmatio, & vocatio trahi non debet ad ea, quæ fuerunt expresse exclusa, & revocata.

101 Nam in generali dispositione testantis, & institutoris, non comprehenduntur hi, quos specialiter exclusit, ut est *text. formalis in L. cum in testamento* 37. §. *qui tres filios ff. de hæredib. instituend. L. Lucius Titius* §. *Lucius Titius ff. de legat.* 2. *L. testamento centurio ff. de manumiss. testam gloss. in L. siquis priore ff. ad Trebel. verb. specialiter, & Bart.* ibi notat, quòd generalis vocatio, aut confirmatio non comprehendit specialiter exclusa, & abrogata, & sicuti aliàs odiosus testatori non comprehenditur in generali ipsius dispositione, *L. testamento centurio ff. manumiss. testam. Surd. dec.* 41. idem dicendum est de exclusо arguendo de odio ad exclusionem, prout fecit in terminis *Roman. cons.* 438. *n.* 6. & in fortioribus terminis *Gravet. cons.* 100. *num.* 6. & 8. *& cons.* 109. *n.* 6. *& cons.* 170. *num.* 2. atque ita nullo modo potest fœmina admitti etiam deficientibus masculis, quia non potest induci vocationem ab exclusione, quia resistit verbis, & voluntati instituentis, ut inquit *textus in L. Mævia ff. de manumiss. testam.* ibi : *Neque contextu verborum totius scripturæ, neque mentem testatricis eam esse.*

102 Neque his obstabit *textus in L. libertis quos ff. alimentis, & cibar. legat.* in cujus specie relinquit testator uni liberto certam summam ad alimenta, postea reliquit in codicillo legatum generale omnibus libertis propter eandem alimentorum causam; quæsitum fuit *I. C.* an in hoc legato generali comprehenderetur libertus, cui specialiter relictum erat legatum? Et responsum dedit *I. C.* quòd talis libertus includitur in generali legato in codicillis facto, atque ita videbatur dicendum fœminam exclusam specialiter censeri comprehensam in generali vocatione.

Sed hac consideratione non obstante cõ- 103
trarium est verius ex textu ex diametro cõtrario *in L. alimenta* §. *Basilicæ ff. eodem tit.* ubi legatum speciale alimentorum non comprehenditur in legato generali facto ob eandem causam alimentorum, & dicta jura considerat *Bartol. in d. L libertus num.* 1. ad nostrum propositum, & ideo fœmina exclusa in Cap. speciali, non potest comprehendi in Cap. generali, nec recuperare ex generali, quod perdidit ex speciali, ut dictum est; quia talis exclusio fœminarum, facta in aliqua clausula de per se absolute posita, refertur ad omnes gradus, ad omnes vocationes, sive talis clausula apponatur in principio, sive in medio, sive in fine. *Greg. Lopez in L.* 3. *tit.* 13 *partit.* 6. *gloss.* 2. *q.* 26. *versic. si vero exclusio, Molin. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 62. *& ibi Addent. Mier.* 2. *p. q.* 12. *num.* 18. 22. *&* 30. *Grat. cap.* 773. *num.* 17. *&* 25. *Castilh. lib.* 2. *contr. cap.* 4 *num.* 72. *Cassanat. cons.* 47. *num.* 128 *Cevalh. commun. q.* 905. *n.* 57. *Farin. q.* 453. *n.* 8. *tom.* 1. *novissimar.*

§. VNIC.

De exclusione fœminarum facta ab institutore quando turpiter cum flagitiosa fœditate vivunt, aut inhoneste existunt, & quando succedant, vel non in maioratu ?

104 LIcet institutor possit excludere fœminam, eo quod turpiter, & cum flagitiosa fœditate, inhonesteque vivit, à maioratus successione, ex eo quia ex dicta turpitudine non solum proprium ejus honorem, sed etiam totius familiæ famam denigrare solet, *L. si filiam* 19. *Cod. de inofficios. testam. authentic. sed si post, authentic. ut cum de appellatione cognoscitur* §. *si vero, L. non tantum* §. *si emancipatus ff. contra tabulas, Merlin. centur.* 2. *forens. cap.* 38. *num.* 24. & 25. *Molin. de just. disp.* 176. *versic. ex alia vero,* cum multis *Valenz. cons.* 80. *num.* 15. & in

specie

ſpecie optimis rationibus tradit *Roxas de incomp mator. p. 1. cap. 6. n. 117. & ſeqq.*

Quod maxime procedit, quando fœmina
105 eſt nobilis, & illuſtris, quia ut inquit *Imperator in L. ſi qua illuſtris Cod. ad. S. C. Orfician.* mulieribus ingenuis, & illuſtribus Caſtitatis obſervationem præcipuum debitum eſſe, & pudicitiam ſemper eſſe colendam, & *I.C. in L. omne delictum* §. 1. *ff. de re militari*, quanto gradus altior eſt, tanto lapſus eſt gravior, *L. fin. Cod. quando mulier tutelæ*, *L. his ſolis* § *actionem Cod. revocand.* exornat *Valenz. d. conſ.* 80. *num.* 23. 26. & 29. & 41. *Roxas* ubi ſupra.

106 Atque ita debet excludi à ſucceſſione, licet poſtea nuptias contrahat cum eodem viro, ut eleganter fundant *Nata conſ.* 602. *n.* 6. & 11. & 624. *num.* 15. & 29. *Valenz. conſ.* 80. *num.* 47 *lib.* 1. ibi: *Nec poterunt excuſari prædicti, I. & M. dicentes jam matrimonium contraxiſſe, quia imo ex eo clarius apparet eos ad concubinatum celandum id effeciſſe*: cum multis *Caſtilh. lib.* 4. *contr. cap.* 31. *per tot.* & maxime *num.* 83. ubi quod ex ſimili diſpoſitione voluit teſtator excludere fœminam inhoneſtam, & quoſcunque legitimatos etiam per ſubſequens matrimonium, ad reprimendas fornicarias conjunctiones, & pravos, & illicitos coitus ſuorum deſcendentium, ut ſic ipſi matrimonia contraherent cum nobilibus fœminis, & inde poſtea digna proles, & honorabilis proveniat; & *num.* 88. loquitur in excluſione à ſucceſſione maioratus; nam quamvis matrimonium purget omnem præcedentem maculam, hoc procedit quoad officia, & honores, non autem quoad ſucceſſiones maioratūs, in quibus jus alteri fuit quæſitum, ut tenet *Nata conſ.* 602. & alij quos refert *Hipolit. Reminald. conſ.* 222. *num.* 151. & 152. & *num.* 75. inquit non operari ſubſequens matrimonium quoad interpretandam voluntatem teſtatoris: *Roland. conſ* 100. *num.* 29. & 41. & non operatur quando jus formatum erat jam quæſitum ex voluntate teſtatoris, ut tenet idem *Reminald. conſ.* 46. *num.* 8. & 9. *Cæſar de Graſſis dec.* 6 *num.* 4. *Cephal. conſ.* 82. *num.* 2. *lib.* 2. *Raudenſ. de annalog. cap.* 36. *num.* 1. ubi quod poſt jus quæſitum, & radicatum alteri non poteſt aliquis prætendere ſucceſſionem ob ſupervenientiam legitimitatis, atque ita ſemper manet excluſa fœmina, quia conditiones reſpicientes honorem teſtatoris non implens relicto privatur, & fructibus, & à ſucceſſione maioratus venit excludendus, ut cum multis concludit *Scobar de puritat. 1. p. q. 4.* § 7. *num.* 121. *verſic. ſicut etiam, & num.* 132. & *Roxas* ubi ſupra, & dictum eſt ſupra *Cap.* 10. *num.* & *ſeqq.*

Sed his non obſtantibus, & à me allega- 107
tis, in cauſa ſequenti judicatum fuit contrarium, ut conſtat ex ſententia, & deliberatione ſequenti.

No feito de aggravo de Manoel Correa 108
de Lacerda, & ſua mulher Dona Luiza Maria Antonia de Portugal com Franciſco de Sà, & Meneſes, & ſua mulher Dona Margarida da Silva, Eſcrivaõ Antonio Tavares, ſe deu a ſentença ſeguinte.

Viſtos eſtes autos, libello dos AA. Franciſco de Sà, & Meneſes, & ſua mulher, que os RR. Manoel Correa de Lacerda, & ſua mulher depois de varios incidentes contrariárão a fol 317. *provas dadas, mais documentos juntos; porque ſe moſtra, que ſendo Luis de Sà, & Meneſes irmão mais velho do A. pay, & ſogro dos RR. o ultimo poſſuidor dos morgados da contenda, dos quaes foy o primeiro inſtituidor Carlos Nunes o Velho, ſe inveſtirão na poſſe delles os RR. por falecimento do dito ſeu pay, & ſogro, não lhe pertencendo, por ſer femea, & elle A. baraõ, & filho de barão, & como tal lhe pertencer a ſucceſſaõ dos ditos morgados, na fórma da primeira inſtituiçaõ delles a fol.* 15. *& vocaçoens, que nella ſe achão, & na fórma dellas, & diſpoſição de Direito os ditos morgados, & ſuas annexas, ſe devem reputar por irregulares de agnaçaõ, ou maſculinidade, & pertencerem a elle A. como baraõ, & filho de barão, deſcendente do primeiro inſtituidor, que por geminadas, & repetidas vocaçoens, chamou ſempre para a ſucceſſaõ do dito morgado aquelles deſcendentes, que com as ditas qualidades ſe achaſſem ao tempo da morte do ultimo poſſuidor, como no caſo preſente aconteceo, ficando ſó a R. ſua filha femea, & pelo ſer incapaz da ſucceſſaõ delles, na fórma da inſtituição, para a qual forão ſempre chamados os baroens, & filhos machos, querendo pelo modo referido, que ſe conſervaſſe a agnação, & maſculinidades ſempre na ſucceſſaõ do dito morgado, para memoria delle inſtituidor, & ſua familia, que como diſpoſição ultima de ſua vontade ſe deve guardar integralmente, & como Ley obſervar. E tambem pela R. contravir a vontade do dito primeiro inſtituidor Carlos Nunes, que na dita inſtituição fol.* 24. *privou da ſucceſſaõ do dito morgado ao deſcendente, que caſaſſe contra a vontade de ſeu pay, pelas razoens ahi declaradas, & conſtar das teſtemunhas da A. a fol.* 254. *que ella ſe caſou com o R. ſeu marido contra a vontade do dito ſeu pay, precedendo entre elles correſpondencias menos honeſtas, que obrigârão ao dito ſeu pay valerſe*

valerſe de parentes, para que com effeito ſe caſaſſem, como as ditas teſtemunhas o depoem, ficâraõ pela dita inſtituiçaõ perdendo o direito da ſucceſſaõ, & eſte paſſára a elle A. na fórma da clauſula da dita inſtituiçaõ, & que aſſim ſe devia julgar, & ſerem os RR. condenados a lhe largarem os ditos morgados com os rendimentos na fórma pedida em ſeu libello. Defendemſe os RR. com a materia de ſua contrariedade a fol. 313. expendendo nella douta, & elegantemente todas as vocaçoens, que o primeiro inſtituidor Carlos Nunes a fol. 23. fez para a ſucceſſaõ deſte morgado, & viſtas ellas, ſenaõ acha alguma, de que ſe poſſa induzir a irregularidade, maſculinidade, ou agnaçaõ em que o A. tam porfiadamente funda ſua auçaõ, querendo que o dito morgado ſeia irregular, & como tal lhe pertencer; por quanto aquella cauſula a fol. 23. em que o dito inſtituidor chama o neto filho de filho mais velho, morto em vida do poſſuidor, foy ſô para excluir a queſtão de patruo, & nepote, & evitar demandas, como elle meſmo declarou, & querer que neſte caſo ſuccedeſſe o filho ſegundo do dito poſſuidor, & della ſenam pòde ſeguir, nem inferir, que quizeſſe que o dito morgado foſſe de ſucceſſaõ agnaticia, maiormente, achandoſe na dita inſtituição chamadas as femeas por duplicadas, & geminadas vocaçoens, em falta de filhos; o que parece baſtava para o dito morgado, & os mais, que a elle ſe vinculáraõ debaixo das meſmas clauſulas, & condiçoens ſe reputar por regular, & de ſucceſſaõ ordinaria na fórma da Ordenação do Reyno, & mais provandoſe legalmente ſer a R. filha legitima, & unica ſucceſſora da caſa, & morgados do dito ſeu pay ultimo poſſuidor delles, & na inſtituição ſenão acharem expreſſamente excluidas as femeas, como de Direito era neceſſario para ſua exclusaõ. Moſtraſe, que ſem embargo das clauſulas do teſtamento fol. 24. em quanto prohibe aos ſucceſſores do dito morgado, caſarem contra vontade de ſeu pay, ſob pena de perderem a direita ſucceſſaõ delle, foraſo dirigido ao fim de nam caſarem mal, como ahi ſe declara, & pelo dito modo narrativo, querer impedir os caſamentos feitos com peſſoas de deſigual qualidade, & ſenam dever entender no caſo preſente, por ſer nobre a qualidade, & fidalguia do marido da R. tão aprovada pelo dito ſeu pay, que depois de celebrado o caſamento, os teve em ſua caſa, ſuſtentando os com grande luzimento, ſendo padrinho do primeiro filho, que lhe naſceo, & fazendo no dito bautizado as demonſtraçoens de que depoem as teſtemunhas de ſua inquirição a fol. 458. declarando, como o dito ſeu pay approvàra o dito caſamento, & ainda o meſmo A. viſitando-o, & recebendo os parabens delle, termos em que ſenam pòde dizer, que a R. ſe deshoneſtára, & contraviera a vontade do inſtituidor, & aſſim encorrera na pena por elle impoſta; porque ainda que eſta validamente fora impoſta, & nam fora impeditiva do matrimonio, & liberdade delle, pela aprovaçaõ, & reconciliação ſubſequente do ditó ſeu pay, ſe ficou dimitindo, & purgando toda a macula antecedente: nem contra o R. tinha lugar a pena da privação, por ter lugar ſô nos immediatos ſucceſſores do dito morgado, & não na R. que no tempo que caſou, o não era, por no dito tempo eſtar vivo ſeu irmão mais velho Luis de Sà, a quem pertencia a ſucceſſaõ do dito morgado, & ſendo a dita pena impoſta aos ſucceſſores, ſenam podia entender a quem, que no dito tempo o nam era, por ſer penal. O que tudo viſto, & o mais dos autos, diſpoſição de Direito, clauſulas, & vocaçoens do dito morgado, & o mais por parte dos RR. allegado em ſuas finaes razoens a fol. 565. Iulgo o morgado da contenda, & os mais a elle annexos, ſerem de ſucceſſaõ regular, ſimples, & ordinaria na fórma da Ordenação, & pertencer à R. & a ſeus filhos, & deſcendentes, & nam contravir a clauſula da dita inſtituição, caſandoſe com o A ſeu marido, pelos fundamentos referidos, & os abſolvo do contra elle pedido no libello, & condeno aos AA. nas cuſtas dos autos. Lisboa 11. de Iunho de 1671. Antonio Lobo de Torneo.

A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, Iudices, Pereira de Souſa, Doutor Tavares. Et fundata fuit in deliberatione ſequenti. 109

In hoc litterario certamine, ſuis mutuo ſe roſtris pungunt accutiſſimi Patroni: forſan ne aculeata nomina, quibus decorantur, aut ipſis non convenirent, aut ingloria otiarentur. Roſtro Pica obarmatur, Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis; at neuter ex illato vulnere elicit ſanguinem, ſudorem ingenij maxime, uberrima ſane copia afluentem. Non madent certatores cruore, ore manant grata verborum lenocinia, dum facetijs vulgo (com pico) ad invicem, quin ſe lacinent laceſſunt. Et quamvis non ſibi, ſed Triumphatori militent in hoc prælio, neuter indonatus abibit: uterque palmam, victor, & victus feret; incaute dixi: uterque non vulgari eruditione victor, ſummæ laudis palmam, & coronam reportabit. 110

Hujus negotij Zodiacus (fas ſic dicere) in 111

in duplici Axi circumrotatur. In primo controverſia movetur: An maioratus iſti agnationis, & irregulares ſint habendi? An regulares, & non agnationis? In ſecundo volvitur quæſtio: An per verba inſtitutionis ibi: *Deſacatarem fazendo muitos deſmanchos, & caſando mal*, de quibus latius infra in occurrenti ſpecie, amiſſionem prædictorum maioratuum imponat inſtitutor contravenientibus.

Diffuſo calamo per doctos Conſultos
111 prima, & ſecunda quęſtio fulget ventilata. Ego rem ad eſſentiale compendium reducens, conſtanter aſſero, hos maioratus, neque eſſe agnationis, neque alia verba adjecta inducere RR. in præſenti excluſionem.

Primæ inſtitutionis verba tranſcribo,
113 quæ à fol. 23. ita concipiuntur ibi: *E todos os bens da dita Capella quero que os haja o dito meu filho Luis Gomes Nunes*, & paulo infra ibi: *Os quaes bens andarão ſempre em a minha geração, ou do dito meu filho, ou em ſeus deſcendentes, ſempre precedendo o filho mais velho ao mais moço, & o barão à femea, & não havendo barão ſuccederá a femea, precedendo ſempre a mais velha à mais moça.* Ecce prima vocatio inſtitutoris (cujus voluntatem cæteri maioratuum creditores in ſuis diſpoſitionibus amplexi ſunt) qui vocat filium ſuum Ludovicum Gomes, ejuſque deſcendentes, præferens maiorem natu minori, baronem fæminæ, & in defectum baronis fæminam expreſſiſſimis verbis vocat: ſi igitur inſtitutor, formam, & modum ſuccedendi præſcribit, tam in primis deſcendentibus à ſe, quàm in deſcendentibus à filio ſuo primo vocato, & in deſcendentibus ab eo, præeligens maſculum, & anteponens fæminæ, quoties ab ultimo poſſeſſore maſculus reperiatur, & hoc deficiente fæminam clariſſimis verbis vocat, nominat, & invitat ad maioratum; quomodo in mentem venire poteſt, maioratus contentionis dicendos eſſe agnationis, & irregulares? Abſit hoc affirmare.

Prævalet namque cõmuni omnium Do-
114 ctorum calculo, non conſtitui agnationis maioratum (à quo fœminæ excludantur) niſi id apertiſſimis, & clariſſimis verbis inſtituens exprimat, declarans ſe fœminas excludere. Ita *Pariſ. conſ.* 41. *num.* 81. & 82. *lib.* 3. *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 27. cum pluribus *Pelaes de maiorat. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 9.

Item quamvis inſtitutor in pluribus in-
115 ſtitutionis locis mentionem faciat virorum, ſi tamen, in aliqua parte ejuſdem inſtitutionis fœminas vocet, ut in noſtro caſu, non dicitur maioratus agnationis; tradit *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 50. *Fuſar. de ſubſt. q.* 499. *num.* 22. *Mantic. de conject. lib.* 6. *tit.* 15. *à num.* 7. *Surd. conſ.* 308. *n.* 14.

Iuvat, quòd omnis maioratus præſumi-
116 tur regularis, & non irregularis, & agnationis; *Caſtilh. tom.* 6. *lib.* 5. *quotid. cap.* 133. *n.* 13. *Caſſanat. conſ.* 4. *num.* 228. *Vela tom.* 2. *diſſert.* 49. *num.* 51. *Larr. deciſ.* 34. *num.* 19. maxime, quando maioratus per fœminam fuerit erectus, ut in præſenti, ſiquidem primus maioratus per virum, & fœminam ſimultaneè fuit conſtitutus, nempe per uxorem fundatoris Caroli Nunes, ut patet fol. 19. in medio, & 22. poſt initium ex ijs, quæ *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 74. *Caſtilh. lib.* 2. *contr. cap.* 4. *num.* 147. *Fuſar. de ſubſt. q.* 385. *n.* 35.

Conducit, quòd quando fœmina exclu-
11 ſionem maioratus patitur reſpectu maſculorum, hoc intelligitur, quando maſculus, & fœmina ſunt in eodem gradu, & in eademmet linea, & non quando maſculi ſunt in linea, & gradu remotioribus. Ita *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 71. *ejus additionatores*, cum multis *Cabed. p.* 1. *deciſ.* 208. *Valenſ. conſ.* 97.

Plane in præſenti caſu, Rea eſt in melio-
118 ri, & proximiori linea, & gradu, quoniam eſt filia ultimi poſſeſſoris, qui abſque filio maſculo deceſſit; actor vero, eſt in linea, & gradu remotiori, quia eſt frater dicti ultimi poſſeſſoris: ergo Actor minime eſt audiendus.

Corroboratur itidem: quoniam Rea ha-
119 bet expreſſam vocationem in verbis ibi: *E não havendo barão, ſuccederá a femea, precedendo ſempre a mais velha á mais moça*; hoc eſt filia fœmina ultimi poſſeſſoris, ut ſic inſtitutoris mens adimpleatur, regula enim juris eſt, clauſulam, & diſpoſitionem in primis vocatis, & inſtitutis, repetitam cenſeri in ſubſtitutis. *Text. in L. licet Imperator, L. talis ſcriptura* §. *fin. ff. de legat. primo: Peregrin. lib.* 3. *conſ.* 23. *num.* 6. & 7. & qui habet vocationem expreſſam omnibus alijs præfertur, ut in fideicõmiſſis probat *L. cum ità* §. *in fideicõmiſſo ff. de leg.* 2. *Caſtilh. lib.* 5. *contr. cap.* 93. *n.* 17. *Pereir. deciſ.* 8. *n.* 1. *Souſa deciſ.* 16. *n.* 1.

Argumenta ex adverſo, unico lymphæ
120 hauſtu diluuntur. Præcipuum, quo doctus Actoris Patronus inſurgit, fundatur in repetitione maſculorum, qua utitur inſtitutor ibi: *Precedendo o filho mais velho, & o barão à femea, &c.* hisque verbis nos ſuadere tentat, maioratus contentionis eſſe agnationis,

nationis, neceſſarijs rationibus à præfato Conſulto peritiſſimo fabricatis, pluribuſque Doctoribus congeſtis à fol. 521. verſ. à num. 23. uſque ad 43. Reſpondetur, has maſculorum vocationes ceſſare, illis deficientibus, hoc enim dato defectu, ſubintrant filiæ fæminæ ab ultimo poſſeſſore genitæ, ut ſupra oſtendi.

121 Secundum argumentum eſt, in prefata inſtitutione reperiri verbum (ſemper) *ſempre precedendo o filho mais velho*, & ibi: *E em filho mais velho*, quod proſequitur à fol. 525. à num. 44. uſque ad num. 93. Reſpondetur verbum [ſemper) referri ad filios maſculos ultimi poſſeſſoris, vel ejus nepotes, ſi inveniantur; ſi vero præfati deficiant, & exiſtat filia ultimi poſſeſſoris, hęc vocata, invitata, dilecta, & prælecta eſt ab inſtitutore, ut clare demonſtravi: & quia hæc eadem argumenta reputantur in hac ſecunda inſtantia, his reſponſionibus ſatisfacio non contemnendis, quæ in allegatione pro Reis nitent.

122 Quoad ſecundam quæſtionem circa verba fol. 24. ibi: *E porque muitas vezes os ſucceſſores deſtes bens, & Capella, porque entendem, que lhos não pòdem ſeus pays tirar, conforme a inſtituiçam, & iſſo he motivo para os deſacatarem, fazendo muitos deſmanchos, & caſando mal, & como não devem: Hemos por bem, que aquelle noſſo deſcendente, a que pertencer a ſucceſſaõ deſtes bens, não caſe contra vontade de ſeu pay; porque caſando aſſim, pelo meſmo caſo perca o direito, que tem nos ditos bens, & o averà o outro filho, que lhe ſucceder.*

123 Senſus horum verborum eſt, quòd ſæpe accidit, quoniam ſucceſſores maioratuum, cum habeant formam ſuccedendi, & ſpem, parentibus ſunt inobedientes, eiſque debitam illam reverentiam non exhibent, ad quam tenentur, in aliaque vitia incidunt ſcandaloſa, (id enim portat verbum *deſmanchos*) ut furta comittere, eſſe aleatores, ebrios, luxuriores, & pravis moribus fædatos, & tandem indignis matrimonijs copulantur.

Vnde adverto, inſtitutorem non privare ſucceſſorem maioratus illum, qui parenti
124 ſucceſſori fuerit inobediens, ſeu vitium aliquod commiſerit, ſed illum, qui indignas nuptias contraxerit, irrequiſito parente; unde intentio inſtitutoris fuit, quòd à communiter accidentibus, qui ſunt inobedientes patribus, & pravis moribus inquinati, in conſequentiam ignominioſa eligunt matrimonia, quaſi abyſſus abyſsũ invocet; in hoc igitur caſu, quando ſimiles nuptias contraxerint, cum in illis conſenſus parentum non poſſit præſumi, nec conſiderari interveniſſe tum temporis, ad ſequentem ſucceſſorem maioratus devenerat.

Sumus namque in materia pœnali, in qua 125
abſque expreſſa voluntate inſtitutoris, quæ eſt Lex, diſponat teſtator, & erat Lex, &c. non poteſt fieri extentio, *L. factum §. in pœnalibus ff. de regul. jur. regula in pœnis lib.* 6. bonorum autem privatio pœna eſt, *L. in criminali Cod. de juriſd. omn. jud. L.* 1. *Cod. his quæ pœn. nom.*

Quòd vero in hac ſpecie matrimonium 126
contractum à RR. eſſet ad libitum, & de conſenſu parentis Reæ, deponunt teſtes cõtra producentem fol. 167. uſque ad fol. 207. optimus teſtis valde qualificatus fol. 459. cum ſeqq. pro Reo, junctis alijs à fol. 462. verſ. cum multis alijs quos recenſet doctus Reorum patronus fol. 607. verſ. num. 198. cum ſeqq.

Nec mirum, ſi pater Reæ conſenſum præ- 127
ſtaret, cum Reus clariſſima ſanguinis nobilitate ſplendeſcat, ut teſtes perhibent fol. 193. uſque ad 204. & fol. 467. uſque ad 483. ita perpenſa hac verborum ſupra explicatione, quæ conſona, directa, ſana, & germana inſtitutoris menti, animo, & voluntati videtur, nihil in contrarium evincunt objectiones ad longum extenſæ: ad nauſeamque eis reſpondet doctus Reorum conſultus; in his enim perorationibus (ſemota ampliſſima verborum copia) quoad juris deciſionem materiam ſuperavit opus: confirmetur igitur optimus, & eximius Curialis Præſes. Vlyſſipone 6. Martij 1672. Doctor Tavares Et eandem ſententiam ſequutus fuit Pereira de Souſa.

Hæc ſententia non ſolum fundatur in 128
doctiſſima deliberatione antecedenti, ſed etiam in reſolutionibus, de quibus egimus in reviſionis ſupplicatione, de qua ſupra *Cap.* 10. *num. & ſeqq.* quæ allegationes omiſſæ fuerunt ab Advocato adverſo in hac cauſa, & optimo jure ita fuit judicatum; quia vir eſt illuſtriſſimus, & per matrimonium purgata fuit macula antecedens, & ſuccedere debet fœmina, & præcedere maſculo, niſi in maioratu inveniatur clauſula inſtitutoris, in qua ſemper, & omni tempore fœminæ excludantur, & maſculi includantur, quia tunc non poſſunt includi, ſed excludi debent à maſculis ſemper omni tempore, & omni caſu, ut eleganter concludit multis citatis *Roſa conſult.* 69. *num.* 50. *& ſeqq.* & probat *Peregrin. de fideicom. art.* 27. *num.* 5. & eſt doctrina *Bartol in L.* 2. §. *videndum ff. ad Turtul.* ubi inquit, quòd verba

ba illa continent caput excluſivum omnium fœminarum, & caput incluſivum omnium maſculorum; de qua re ad varias quæſtiones, vide *Luca theatr. verit. & juſt. tom.* 10. *de fideicõmiſſ. diſcurſ.* 24. *& ſeqq.*

CAP. XVIII.

De Monaſteriorum, Monialium, aut Monachorum excluſione, aut incluſione, & quando Monaſterium, Monachus, aut Monialis ſuccedere poſſint, vel non in maioratu, & ex quibus clauſulis cenſeantur inclu-ſi, vel excluſi?

SVMMARIVM.

1 *Si maioratus conſiſtit in ſimplici ſucceſſione bonorum, ſuccedit Monaſterium, ſi eſt capax bonorum in vita Monachi, aut Monialis; ſi autem conſiſtit in juriſdictione, regimine, aut gubernio, aut eſt excluſum Monaſterium, aut Monachus, Monialisque, non ſuccedit, & nn ſeqq.*

2 *Neque etiam ſuccedit, quando adeſt clauſula annexationis tertiæ, aut delationis nominis, & armorum, & nn. ſeqq.*

1 IN hac materia communis eſt diſtinctio: ſi maioratus conſiſtit in ſimplici ſucceſſione bonorum, ſuccedit Monaſterium, ſi eſt capax bonorum in vita Monachi, aut Monialis; ſi autem conſiſtit in juriſdictione, regimine, aut gubernio, aut eſt excluſum Monaſterium, aut Monachus, Monialisque, non ſuccedit, ut tenent *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 7. *& ibi Add. Fragoſ. de regim. reip. p.* 3. *lib.* 9. §. 3. *num.* 6. latiſſime *Roxas de incompat p.* 6. *cap.* 4. *num.* 97. *& ſeqq.* & ad omnia *p.* 7. *cap.* 5. *per tot. Portugal de donat. Reg. lib.* 1. *tom.* 1. *prælud.* 2. §. 2. *num.* 134. *& ſeqq. Olea de ceſſ. jur. tit.* 3. *q.* 4. *num.* 27. *Luca de linea leg. art.* 8. *num.* 71. ad varias quæſtiones, *Luca theatr. verit. & juſt. tom.* 10. *de fideicõmiſſ. diſc.* 63. *uſque ad* 67.

2 Neque etiam ſuccedit, quando inſtitutio habet clauſulam annexationis tertię, aut delationis nominis, & armorum, ut tenent DD. citati, & judicatum fuit in caſibus ſeqq.

Monaſterium enim non ſuccedit in maioratu, nec Monialis, aut Religioſus, quando in maioratu invenitur clauſula, quòd ſucceſſor portet arma, aut vocetur de nomine, aut annexet tertiam ſuam, quibus in terminis excluditur Monialis, Monaſteriumque, etiam vita durante Monialis, aut Monachi. Ita judicatum fuit in cauſa de Manoel de Souſa Deſſa da Silva com as Freyras de S. Clara deſta Cidade, Eſcrivão Manoel Soares Ribeiro, & nos autos ſe juntâraõ duas ſentenças, em que havia obrigação de annexar a terça, entre partes Duarte Dias de Meneſes com as Freyras de S. Bernardo de Portalegre, anno 1644. Iuizes os DD. Martim Affonſo de Mello, & Gaſpar Rodriguez Porto, & Ioaõ Velho Barreto; & na cauſa do Conde de Monſanto como adminiſtrador de ſua filha Dona Mecia Corte Real, com as Religioſas do Sacramento deſta Cidade: quæ ſententię fuerunt latæ circa clauſulam annexationis tertiæ, ex qua fuerunt excluſę Moniales, & in maioratu cum clauſula, quòd ſucceſſores nomen, & arma portent: quòd ex hac conditione excluderentur Moniales, judicatum fuit, me patrocinante, na cauſa do Conde de S. Vicente com as Freyras de S. Vicente da Beira, & em outra cauſa de Dona Luiza de Meneſes com as Freyras de S. Clara; & hę ſententiæ fundatæ fuerunt in deliberationibus ſequentibus.

3 Si in ſcriptura hujus inſtitutionis maioratus à fol. & ſeqq. inveniretur clauſula expreſſe vocans Moniales, noſtra illuſtriſſima abſque dubio, ſeu ejus Monaſterium conſervaretur in ſucceſſione, ut ex *Molin.* & pluribus Doctoribus tradit *Caſtilh. lib.* 3. *controv. cap.* 12. *num.* 38. nec ullus eſt, qui hoc neget.

4 Et per contrarium, ſi inveniretur clauſula excluſiva expreſſa Monialium, ſine controverſia foret admittendus illuſtriſſimus oppoſitor Emmanuel à Souſa, & Silva, ut ab omnibus receptum tradunt *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 99. *& lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 13. *Gam. deciſ.* 6. *num.* 5. *Cabed. deciſ.* 133. *num.* 6. *&* 9. *Sanch. tom.* 2. *moral. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 6. *Frater Emmanuel regularium q* 97. *art.* 12. §. 5. certum eſt, *Molin. de juſt. diſput.* 163. *num.* 6. *Aug. Barb. in auth. ingreſſi num.* 17. *Cod. ſacroſ. Eccleſ. & ad L. fin. n.* 16. *Cod. Epiſcop. & Cleric. Mend. in prax.* 1. *p. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 15. *Caſtilh. ſupra dict. cap.* 12. *num.* 36. *Olea de ceſſ. jur. tit.* 3. *q.* 4. *num.* 27. & paſſim alij. At ex defectu alicujus

jus ex prædictis expreſſis clauſulis incidimus nunc in illa ſemper ancipiti quæſtione, an, & quando Monachus, ſeu Monaſterium ſuccedere valeat in maioratum? Hæc, inquam, quæſtio ſemper torſit ingenia Doctorum; prælectis talis invenitur varietas, ut de facili, in qualibet occurrenti controverſia, pro utraque parte, & inveniantur Doctores, & ſuadentes rationes.

5 Unde videtur res ſumme ad judicandum periculoſa, & ſi non, ut decet, conſideretur, plusquam ſemel ponderata tota maioratus inſtitutione, illiusque fine, & intentione inſtitutorum, calculatisque omnibus cum juris diſpoſitione, & ipſorum judiciorum uſu, facilime quis decipi poterit, in prejudicium veri ſucceſſoris, &c.

6 Ego equidem, ea qua potui dexteritate, non ſemel ponderatis prædictis, Deo, & Virgine immaculata Ducibus, ſic ad caſum, & judicandum accedo.

7 Agno co, communem, & non ſemel practicatam inveniri ſententiam Doctorum admittentem Monaſterium nomine Monachi ad ſucceſſionem maioratus bonorum patrimonialium; maxime, ſi non habet annexam dignitatem, nec onus ferendi nomen, & arma inſtitutoris, nec hic ſatis clare inſtitutione proſpexiſſet conſervationem agnationis, vel familiæ, illiusque ſplendorem, &c. ut tunc pro vita Monachi, commoditate maioratus fruatur, ſicut aliàs ex celebri *Text. in L. ſtatius florus* §. *Cornelio felici ff. jur. fiſc.* fruitur fiſcus in vita delinquentis; qui fiſcus, ut dicta cómunis ſententia putat, non debet reputari, quoad hoc, melioris conditionis, quàm Monaſterium: ſic in terminis ex doctrina *Bart.* & aliorum tradunt *Gam. deciſ.* 6. *ubi Flor. de Men. Cabed.* 1. *p. deciſ.* 133. *Phæb.* 1. *p. deciſ.* 13. *num.* 19. *Valaſc. conſ* 101. *num.* 6. *Emmanuel ſupra dict. q* 79. *art.* 12. *uſque* 4. certum eſt, *Aug. Barb. dict. auth. ingreſſi num.* 13. *Fragoſ. de regim. reip. p.* 3. *lib.* 9. *diſp.* 18. §. 3. *n.* 1. *uſque fin. & num.* 6. *uſque pen. Gom. L.* 40. *Taur. num.* 66. *Sanch. tom.* 2. *Moral. lib.* 7. *cap.* 15. *num* 11. *&* 16. *Greg. Lop.* & alij de quibus *Caſtilho dict. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 56.

8 Attamen conſiderata vera juris diſpoſitione, & ipſa mente inſtitutoris, quæ prævalere debet. *L. conditionib.* 19. *ff. cond. & demonſtr. auth. de nupt.* §. *diſponat collat.* 4. *bona Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 3. ibi: *Porque o que elle ordenar, & diſpuzer ſe cumprirà, &c.* Et conſiderato fine ipſo inſtitutorum maioratus, talis communis ſententia rejici potius, quàm ſuſtineri videtur.

9 Nam principalis finis inſtitutorum eſt, ut per maioratum conſervent ſuam propriam memoriam, nomen, nobilitatem, familiam, ſplendoremque illius, &c. & hoc in commune Reipublicæ bonum, ut ſatis ex *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. § 5. ubi *Barb.* Doctores refert, & tradunt alij infra referendi contra dictam ſententiam communem, & multo magis hæc creduntur, quando inſtitutor eſt perſona nobilis. *Ord. ſupra dict.* § 5. & in terminis ex alijs notat *Caſtilh. dict. cap.* 11. *num.* 80. Plane hæc nullatenus, vel multum improprie conſervantur, quando nomine Monachi ſuccedit Monaſterium, corpus in veritate fictum, & omnino extraneũ à ſanguine inſtitutoris, & familię ab eo ad ſuccedendum prælectæ, ut patet ad oculum, & tradunt ijdem Doctores infra referendi igitur, &c.

10 Nec videtur ſatisfacere communis ſententia, ſi dicat attendere non tam Monaſterium, quàm Monachum, qui nihilominus conſervat jus ſanguinis, nobilitatis agnationis, & familiæ, &c. Nam dictus Monachus cum ſit tribus votis perpetuis Religionis adſtrictus, ſcilicet Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, & temporali ſæculo mortuus reputetur ſaltem improprie, conſervat ſupradicta in ſua perſona, caſu non conceſſo, quod ille, & non Monaſterium conſideretur in maioratus ſucceſſione, & acquiſitione, & retentione. 12

11 Deinde, cum in Monacho adſit prædictum paupertatis, & obedientię votum, & repugnat acquirire ſibi ſaltem maioratum, aliamve rem propriam, & ita ſi maioratus devolveretur Monacho (tanquam repugnans) nec per momentum in ejus perſona ſubſiſteret, ſed illico, ipſoque jure tranſiret in Monaſterium, ut aliàs per *text. in L. placet* 79. *ff. acquirend. hæred cum ſimilibus*: notant Doctores de acquiſitione domini per ſuum ſervum, cui in hac materia equiparatur Monachus, ut ex *Gloſſ. Bart. Panormit. Navar.* & alij tradunt, *Phæb. deciſ.* 63. *num.* 6. *Ægyd. in L. ex hoc jur.* 2. *p. cap.* 4. *num.* 1. *ff. juſt. & jur. ubi Cald.* & alios refert *Sanch.* 2. *tom. Moral. lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 39 & 40. & ob eandem rationem, quòd Monachus proprium non habet, ſed omnia acquirit Monaſterio, in perſona Monachi nullatenus ſubſiſtere feudum, ex alijs Doctoribus, tenet *Blaſius Michaelorius tract. de duob. fratrib. cap.* 48. *num.* 4. 31. 43. & 68. Cum ergo in perſona Monachi non poſſit ſubſiſtere maioratus acquiſitio, minus ſubſiſtet in Monaſterio, quod eſt corpus fictum, & non eſt de ſanguine inſtitutoris, nec de familia ad ſuccedendum in maioratu

: præ-

præelecta, extraquam ob id, nec per momentum ſtare poteſt, ut bene ex alijs advertit *Caſtilh.dict.lib.3.controv. cap.* 12. *num.* 71. imo pro excluſione Monaſterij ſuccedit *Ord.in lib.4.tit.*100.§.2. & 3. dum ut quis ſuccedat in maioratu requirit, quòd ſit de ſanguine inſtitutoris,& pro ſe, non contra ſe habeat illius voluntatem,&c. & ad deciſionem *text.in dict. L. Statius Florus* §. *Cornelio fælici ff. jur. fiſc.* adductam in confirmationem communis ſententiæ, nullatenus pro ea facere tradit, videndus *Caſtilh. dict. cap.*12.*á num.*82. & multo minus facit in noſtro caſu, ubi noſter inſtitutor, ne maioratus pertineat fiſco pro vita alicujus ſucceſſoris delinquentis, eum aperte antea excluſum declaravit in inſtitutione. Igitur multo minus in noſtro caſu poteſt habere locum dictæ cõmunis ſententiæ.

Ex his,& alijs optime ponderatis, dictam
12 communem ſententiam refellunt, & de jure,& mente inſtitutoris excludunt à ſucceſſione maioratus Monachum,ejus ve Monaſterium decem illi Doctores, de quibus *Cabed.1.p.deciſ.deciſ.* 133.*n.*3.4. & *fin.*ſcilicet *Decius, Ripa, Pariſſius, Covas, Palatius, Ruvius, Alexandre, Iaſon, Pelaes de maioratu, Mantica, Antonius de Padilha* : item Collegium Patavinum,quòd fere integrum contra Monachum reſpondit,ut ait *Cabed.* ſupra *dict. num.* 4. item *Menoch. de præſumpt.lib.4.præſumpt.*83. *num.* 45. *uterque Molin.de primogen. & de juſt.& jur. Vincent. de Franch. Alvaradus* , & alij, quos ſequitur,& bene explicat omnino videndus *Caſtilh.dict.cap.*12.*à num.*57.*uſque* 73. & deinceps. Imo fere omnes illi Doctores, qui prędictam communem ſententiam non rejiciunt, ſi legantùr, præſentiunt, mentem inſtitutoris,& finem maioratus ſupra conſideratum,non multum convenire cum ſucceſſione Monachi,vel Monialis,ejus ve Monaſterij in maioratu , pro quo excludendo pugnat,& judicatum refert *Mend. à Caſtr. in praxi p.*1.*lib.*3.*cap.* 15. *num.* 15. & hæc omnia magis ſunt admittenda, quando maioratus vacat poſt Monachum, vel Monialem jam profeſſum, ut in noſtro caſu , ex *Mier.de maiorat.* & alijs tradit *Caſtilh.dict. cap.*12. *num.*66 & 81. imo ex prędictis in dubio fore judicandum, quòd Monachus, ejus ve Monaſterium non ſuccedant in maioratu; ex alijs Doctoribus idem *Caſtilh. dict.cap.*12.*num.*59.& 60. & 79. & ad minus,nemo,quamvis mediocriter doctus negabit valde dubitabile de jure eſſe, an Monachus, ſeu Monaſterium debeat ſuccedere in maioratu.

Vnde in eo conveniunt Doctores , tam 13
communis,quàm contrariæ ſententię,ſufficere ad excluſionem Monaſterij , tacitam inſtitutoris excluſionem , ex conjecturata mente deductam , ut ex alijs Doctoribus tradunt *Cald.de nominat. q.*6.*num.* 15. *Cab. dict.*1*p.deciſ.*133.*num.*9.*verſ.*2.*Cov.* 1. *var. cap.*19.*num.*11. *Sanch.dict.tom.*2.*lib.*7.*cap.* 15.*num.*25.*in fin. Aug.Barb. in dict auth. ingreſſi num.*15.& 22. *Alciat. Menoch.Mier. Zevalh.Franch. Mantic.* & alij cum quibus *Caſtilh.dict.cap.*12 *num.*41. Debemus etenim pro judicando maioratu, more venatorum circa leporem, inveſtigare ante omnia inſtitutoris voluntatem,ut ſatis ex *Ord. in* 4.*tit.*100.§.3. in terminis ex alijs Doctoribus tradit *Souſ de Maced. deciſ.* 16. *numer.*3.

Inter alias ad id conjecturas illæ numerantur,quando inſtitutor,cum ipſo maiora- 14
tu, non ſolum voluit conſervare proprium nomen,& memoriam, ſed & proſpicere familiam, ejus augmentum , & ſplendorem, &c. ut eſt communis ſententia,quam tenet *Flor. ad Gam.deciſ.*6.*uſque* 4.*concluſionis,& tom.var.q.*16.*art.*2.*num.*3 *Sanch.dict.tom.* 2. *lib.*7.*cap.* 15 *num.*19.& 23. *Mantic. Alvarad. Cancer. Pereſ Franch. Fontanel.* & alij cum quibus *Caſtilh.dict lib.*3.*cap.* 12. *num.* 54.55.& 73. & *Aug.Barb.in dict.auth. ingreſſi num* 14. *Mend.in prax.p.*1. *lib.*3. *cap.* 15.*num.*15.

Plane prædicta conjectura pleniſſime verificatur in noſtro caſu , ut infra explanabitur;igitur,&c.

Secunda conjectura eſt , quando juſſit 15
ſucceſſoribus ejus nomen,& alma deferre, ut ex *Molin.de primog.lib.*1.*cap.*13. *numer.* 91.93.95. & alijs Doctoribus tradunt *Sanches dict.tom.*2. *Moral.lib.*7.*cap.*15. *n.* 23. & 30. *Anton. Fab.in ſuo Cod.*4.*de fideic. definition.*25. *Caſtilh.lib.*3.*cap* 12. *à num.* 54. & *tom.*6.*cap.*162.*num.* 23. *Fuſar. Mantic. Flor.de Mena, Decius, Alciat. Cavalc.Franch. Alvarad. Cancer. Hieronym.de Leon Zevalh. Pareja,* & alij cum quibus *Olea de ceſſ.jur.tit.*3.*q.*4 *num.*28. ubi magis communem,& pro ea judicatum dicit. Idem dicit *Auguſt.Barb.in dict.auth ingreſſi num.*14. ubi & refert *Fontanel. & Peres de Lara, Mend. à Caſtr. in praxi* 1.*p. cap.* 15. *num.* 15.

Et prædicta conjectura magis militat in 16
inſtitutore nobili, de quo quamvis expreſſiſſime non juberet,in dubio juſſiſſe pro honore ſui nominis,nobilitatis, & familiæ credendæ; imo judicandum eſſe ex *Molin. de primog.lib.*2.*cap.* 14 *num.* 46. & *Molin. de*